FOEDERICI NAVSEAE BLANCICAMPIANI EXIMII IVRISCONSVLTI, ATQVE PHILOSOPHI DE PRINCIPIIS DIALECTICES GORGIAS.

EIVSDEM NAVSEAE QVAEDAM AD ORATIONES DELIBERATIVI ATQVE DEMONSTRATIVI GENERIS COMPONENDAS SELECTA.

Cum Gratia & Priuilegio.

Bibl. PP. Scholar. Piarum S. Pantaleonis

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

71. 223.

DIALECTICA DE SE DICIT.

Quæ olim uix poteram binis DIALECTICA *luſtris*
Et doctore capi non niſi multigeno,
Nunc doctore capi nullo, paucisq́; diebus
Poſſum conſilio, GORGIA *docte, tuo,*
Quæq; ſtilo nuper fueram fœdata ſuillo,
Verſor Apollineis nunc redimita modis,
Atq; mihi ſoli inſeruire dabatur, ad artes
Nec docui certum (ceu decuiſſet) iter,
Artibus ancillor præſenti tempore cunctis,
Vtraq; uel uinclis libero iura malis.
Orator duce me, duce meq́; Theologus eſto
Lector. CAMPEGIO *quæ patre cuncta ſcio.*

ΤΕΛΟΣ.

AVTHOR AD LIBRVM.

ROMAM uade cito LIBELLE greſſu,
Quam multumq́; diuq́; poſtulaſti,
Non quod colliculos ibi uideres
Septem, qui dominos tulere ſeptem.
Non quod uel Cybeles ſacella, Veſtæ
Vel delubra deæ uetuſta canæ,
Nunc uerſa in cinerem, uerenda quondam.
Nec quod uel uiridem ſimul ſpeluncam
Mauortis, pueros ubi gemellos
Nutriuit lupa, nec quod inde circum
Clamoſum, & caueas, ubi Sabinas
Ereptas monumenta tradidere,
Atq; hinc Romulidis, ſeniq; regi,
Et bellum Curibus nouum ſeueris,
Surrexiſſe ferunt, Nec ut uideres
Quo in diuerſa citæ Metum quadrigæ
Diſtraxere, ſimulq́; quo uideres
Vbi Tarquinio ſuperba regi
Tradunt ſceptra abijſſe, opemq; regem
Porſennæ petijſſe, demq; illum
Magna urbem obſidione præoccupaſſe, &
Inferrum Aeneades ruiſſe fortes.
Non quod conſpiceres ubiq; Cocles
Pontem uellere fortiter ſtudebat,
Et quo Chlœlia uinculis fluentem
Diſruptis Tyberim nataſſe fertur,
Nec quo Manlius ille maximæ arcis
Tarpeiæ uigil acriter reſiſtens
Stetit, quo capitolia alta haberet.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Atq; ubi uolitauit anſer ipſe
Vere argenteus, atq; adeſſe furtim
Gallos concinuit uigil ſuperbos.
Nec quo uel Salios, ſimul Lupercos
Ipſos conſpiceres ſalire nudos.
Nec quo Cæſaris inde bellicoſi
Videres triplicem liber triumphum,
Nec quod Sydereos uelis Coloſſos,
Necnon Cæſarea, & ſimul Theatra
Ampla, & pegmata pulchra celſiorum
Aedium, Inuidioſa plurimorum
Necnon atria, Claudiam nec ipſam
Porticum, neq; Stagna ſeuientis
Neronis, neq; Thermulas calentes,
Plebis delicias, ſimul Togatis,
Non, inquam, toties uidere ROMAM
Optaſti liber, hæc ut ipſe cuncta
(Sint miranda licet nimis) uideres.
Verum, quo oſcula MAXIMO HADRIANO
Ferres Pontifici, patriq; ſummo,
Et mox CAMPEGIO, *ſeni uerendo,*
Romanæ Eccleſiæq; CARDINALI
Cuius ſacra caput tegit decorum, &
Ornat purpura, quiq; candidata
Inſignis Trabea eſt, ſimul uetuſto
Ex more & triplici nitet Tyara,
Huic, quem religione, ſanctitate
Fide, conſilio, ſeueritate,
Doctrina, pietate, comitate,
Regia quoq; liberalitate
Nemo non ueneratur, oſculatur,

Miratur, colit, euahitq́; ad aſtra.
Quem uiſum ueniuntq́; nationes
Quæq́;, ceu Solomona deoſculantes,
Ad quem confugiunt mei fideles
Germani, quibus eſt patronus ille,
Et Græci atq; Itali, Vngari, Britanni,
Hiſpani, Aſsyrijq́:, demq; omnis
Sub cœlo regio fugitq́; ad illum.
Quare uade libet puſille ROMAM,
Et te CAMPEGIO exhibe patrono
Sancto, doctiloquo, pio, eloquenti.
Ante quem (quia numen eſt uerendum
Meum) flecte genu, manumq; dextram
Supplex illius oſculare. Verba
Et mox talia dicito pudica.
Felix numen AVE meum uerendum,
Et quo cardine uertitur beato
Romana Eccleſia, & Petri cathedra.
En dono tibi me puſillus ipſe
Tuus NAVSEA, Seruulus miſellus
Mittit, nuncupat, & uouit, dicatq;.
Te ſupplex mihi uindicem precatur
Tutelam dare, quo per ora poſsim
Hinc prodire uirum, tuasq́; laudes
Aeternumq́; decus tuum per orbem
Immenſum celebrare, glorioſos,
Quis ſplendes, titulosq́; prædicare.
Demum Neſtoreos dies, & annos
Cumæos tibi deprecatur, & ſe
Supplex dedicat, & uouet fidele
Seſe Mancipium. Hinc VALE beatus.

ΤΈΛΟΣ.

AD REVERENDISS. ET AMPLISS. IN Chriſto patrem, ac Dominum. D. Laurentium. S. Romanæ Eccleſiæ Tituli. S. Anaſtaſiæ preſbyterum Cardinalem Campegium, Dominũ ſuum maximæ unicéq; colendũ, in Gorgiã ſuũ de principijs Dialecticæs Fœderici Nauſeæ Blanciacampiani præfatio.



VM puer adhuc, AMPLISSIME PATER, hanc Platonis Philoſophorũ facile pricipis ſẽtentiam audirem. Omnẽ doctrinarum ingenuarum & humanarum artium quodã ſocietatis uinculo contineri, nec commode unam ſine alterius adminiculo accipiendã, cœpi iam tum ita meas in bonarum literarũ ſtudia horas collocare, ut ſi non omnes ad unguem diſciplinas, at ſaltẽ plurimarum partes & rationes mediocriter notas haberem: ut, ſi quid de ijs uel ſingulis artibus iudicare & probare opus foret, ne deficerem. Non enim operæ omnino pretiũ fore, nec ſperandum cenſebã, ut in GRAMMATICA Ariſtarcho, in DIALECTICA Ariſtoteli, in ORATORIA Tullio, in MVSICA Ariſtoxeno, & deniq, alijs excellẽtibus aliarum artium profeſſoribus ſimilis, ſed ut non Agrãmatos, non excors, non infans, non Amuſos, non in cæteris deniq; doctrinis omnino imperitus, perindéq; ονος λὺρας aſinus ad lyram eſſem. Quamobrem iactis tum Grammaticæs, Muſicæsq; fundamẽtis ad Dialecticen me ardentiſſime contuli, haud ſanè ad eam, quæ Sophiſmatum contortorum & acu-

leatorum & ſycophantiarum alumna Amphibologias, inſidiarumq; dolos ſuadeat, fallacesq; concluſiunculas colligat, atq; ſanctis literis abhorret, ſed ei, inquã, Dialecticæ operam impendi, quam artem bene diſſerendi, & uera ac falſa dijudicandi ad altiores quidem doctrinas THEOLOGIAM, *ſcilicet* IVRISSCIENTIAM, ORATORIAM *æque ac ancillam & pediſſequam eſſe pleriq; omnes dicerẽt. Præterea nec eousq; illi inſudare libuit, ut temporis haud ullam rationem haberem, ſed qui inde pedem maturius referrẽ, ne in illius gyris atq; Mæandris tanq̃ apud Syrenios ſcopulos (ut ille ait) perinde quaſi Syrenũ cantilenis uoluptate irretitus conſeneſcerem. Modum proinde ea in re feci, Deſudatum eſt à nobis illic eatenus, quatenus intelligere fuit, Dialecticen eſſe omnium artium multo facillimã, ſi hæc ipſa à ſuis profeſſoribus latino (uti addecet) ſtilo, nec tot, tamq; conciſis, anguſtis cauillatorijsq; argutijs illigata traderetur.* EQVIDEM IN DIALECTICA *aliquot annis, magnis nimirum uigilijs, multisq; laboribus ita inſtitutus, quo uel alijs, non etiam mihi ſoli, ſatisfacere credebar: ſæpe mihi ne tantũ, quicquid illud erat mihi, didiciſſe, an & alijs, ut mihi deberem, & in alterutram planè ſententiam cogitanti ſuccurrit Stoicorum illud. Nos nobis ſolum non eſſe natos, ſed ortus noſtri partem patriam, partem parentes uendicare, partem amicos, & quæ in terris gignerentur omnia ad uſum hominum creari: homines autem hominum cauſa eſſe generatos, ut ipſi inter ſe alijs alij prodeſſe poſſent. Porro altera eſt mihi ſententia melior uiſa, Alijs ſcilicet perinde atq; mihi me didiciſſe, id eſt uideri in rem, quæ multo ſanè labore indeptus eſſem, ad omnium aliquãdo uſum uel toties rogatus cederem: maxime, quæ alijs collata mihi non defutura eſſe, & ea apud me ſolum detenta culpæ me defeſſæ pecuniæ unius talenti, quod credito*

receperam, reum peragerem. Inſuper, cum nullius mihi boni ſine ſocio iucunda haberetur poſſeſſio, ex officio, inquam, quo fungebar, tuoque ductus auſpicio Dialecticen *alia nimirum, quàm quapluſculi ante nos, & ferrè omnes coacti, uſi ſunt, ratione, latino utpote ſtilo & preſſo & claro, reiectis anfractuum ambagibus: prælegere & ſcribere orditus ſum.* Nimirum, *ratus ita me dialecticæ ſtudioſis, totiq; rationalis philoſophiæ* Reip. *rem facere multo gratiſsimam, & quæ ſua tandem laude defraudari nec poſſit nec debuerit.* Nam *quis illum reprehenſione notandum putet, & non operę pretium laturum, qui non ſubtiliter factum emendat, & eo, qui primus inuenit, non aliquando eſſe laudabiliorem?* HAVD SANÈ NEGAVERIM, *pleroſq; ſubtiliſsime* Dialecticam *diſciplinam tractaſſe, ſed tot tamq; obſcuris undecunq, argutiis æq; atque nebulis, ſermoneq, barbaro, non modo difficilem, ſed adeo prorſus obſcuram irremeabilemq; (ut ita dicam) reddidiſſe, ut nemo quicquam inde ſit laturus ſcientiæ, niſi qui ſit* Oedipo *quàm* Dauo *ſimilior.* Quam *autem hoc minime ſit æquo ferendum animo, uel ex eo liquet.* Quod *olim odio eſſent maximo, qui uerrucoſa* Accij, Pacuuij*q; (licet alioqui latina) ſcripta lectitarent, nec ferebantur, qui uerba à* Coruncanis *repeterent.* Ita *quoq;* Tuberonem Iuris *ciuilis authorem non contemnendum fuiſſe faſtiditum legimus, quod ad uetuſtam antiquitatem ſe ſe compoſuerat.* Nec *præterea* Auguſtus Tiberio *pepercit, quod loquendo reconditas aucuparetur uoces.* Male *quoque apud uiros doctrina illuſtres audit* Imperator Hadrianus, *quoniam antiquitatis admirator* Ciceroni Catonem, Vergilio Ennium, Saluſtio Cecilium *præturelit.* Quorſum *hæc?* Faſtidiebatur *antiquus olim ſermo, non quia barbarie ipſa, ſed antiquitate ſua*

non intelligibilis eſſet. Quanto magis eam ſcribendi farraginem procul exterminandam cenſemus, quæ ob ſuam barbariem, Romano eloquio turpiter relicto, & per commentantiũ commenta nobis Dialecticen, ſcientiam magnopere non tam utilem quam neceſſariam, ita difficilem & obſtruſam reddidit, ut qui in ea penè duodeuiginti annos accuratè egerit deſudaueritq́; iam tandem ignoret, quem ad finem ei ipſi ſcientiæ ſtuduerit. Res hercle miſeranda quã admiranda magis, & quæ demum efflagitet quenquam, qui ſe ex tanto ſit ergaſtulo uindicaturus. QVA PROINDE *ex cauſa permotus malui ſummum illum doctorem Alabandenſem Apollonium, quam uel Alexãdrum Macedoniæ regẽ uel Heraclitum philoſophum emulari: quippe, qui auditores, lectoresq́; ipſos operam oleumq́; (ut fertur) meis in ſcriptis perdere nollem, ſed ita me ſcribere uelim, ut quiſq; mea intelligere poſſit: Tametſi Alexander ille indoluerit, quod præceptor Ariſtoteles* ἀκροαματικοὺς, *auſcultatorios libros ita edidiſſet, quod omnibus fortaſſis eſſent cognobiles, & licet Heraclitus, alioqui magnus certe philoſophus, ſuum de induſtria librum obſcurius ſcripſerit, ut ſoli eruditi eum legerent, ne ſi à uulgo paſſim legeretur, contemptibilis fieret. Equidem memor ipſe illius Solomonis, qui uoluit fontes uniuſcuiusq́; eſſe foras, & in plateis aquas quenq; ſuas diuiſurum. Memor, inquam, Adagij, quo dici adſolet, Candidas & apertas eſſe Muſarum ianuas, placuit ſanè mihi ita & hic & alias me Dialectices præcepta ſcribere, ut uel mediocriter in Grammaticis inſtitutionibus imbutus eam capere queat, & inde eam habere rationem, ne cui falſo aſſentiat, ne'ne unquam captioſa probabilitate fallatur, et à uero abduci, falliq́; non facile poſſit, & demum hac ipſa perinde atq; ancilla ad quasq; maximas ſcientias, ob quas uel ſolas illa eſt inuẽta,*

uſurus. An autem quid horum (uti laboraui) in ijs Dialecticis *noſtris lucubrationibus adſequutus ſim, cuius, q̃ tuæ Sanctiſsi mæ doctiſsimæq; cenſuræ, grauiſſimoq, tuo iudicio rectius de tulerim? Cuius etiã* REVERENTISSIMAE AMPLITVDINI *hoc opus, quale quale, nouum humillimè offero, ſimpliciterq; dedico.* Nec *ſanè huius me dedicationis a quopiam arguendum puto:* Nimirum, *q̃d priſcum fuſſe morẽ legerimus, ut ingenij opera dedicaturus, illi planè conſecraret, qui eorum eſſet optimus cenſor, idemq; ſapientiſſimus iudex, ſuaq; hæc ipſa tandem tutela à uitiligatorum inſectatione, caninaq; facundia defenſaret.* Cæterum, *cui unq̃ liber, qui eam demonſtrat* Dialecticen, *quæ recte accepta ad altiſſimas (niſi fallor) diſciplinas,* THEOLOGIAM IVRIS SCIENTIAM, ORATORIAMQVE *uiam ſit exibitura, q̃* TIBI AMPLISSIMO VIRO *dedicari rectius ac iuſtius poſſit & debuerit? qui ex eo ſis genere natus, quod ex ipſius ſapiẽtiæ ſtirpe generatum eſſe ab omnibus ſine controuerſia & paſſim creditur.* Quando*quidẽ, quis ignorat tot ex* CAMPEGIORVM *nobiliſſima* Inclytæ BONONIAE *familia eſſe uiros tam pacis quàm belli gloria longe præclariſſimos prognatos? quot ne ex* Iſocratis *quidẽ ludo oratores, nec ex equo* Troiano *principes unquã exierunt.* De *quibus ut in præſentia dicã, nec locus nec tempus nec tua ſancta ſuffert modeſtia, nec profectò tantæ mihi uires, ſed quos ſuo deinceps cathalogo (deo duce) ſum recenſurus.* De *patre quidem tuo* IOANNE CAMPEGIO *uiro* Iuriſcon. *altero noſtra ætate* VLPIANO, *in primis mihi,* Veluti *de* Carthagine *Saluſtio, ſilendum potius q̃ parum dicere autumauerim: quoniã ille tanta apud oẽs nationes, tamq; magna oĩum uirtutum laude inclaruerit, magisq; indies in memoria hoĩum ex ſermone clareſcit, cæterisq; ſui ordinis oĩbus*

ita præſtiterit, ut ueritas ipſa eundẽ extra oẽm laudis aleam collocauerit: nempè, qui nec laudando maior, nec uituperando minor fieri poſſit. Cuius ſanè laudum & uirtutum, inter cætera, teſtimonium noſtra habet ætas ſingulare, quod PATAVIVM, *inclyta Venetiæ ciuitas, illi non ſecus atq; numini cuidam, quod certe fuit, ſyncere, deuote unanimiterq́; exibuit. Illi nanq; patri tuo, inclyto Vlpiano, publico decreto in Patauinum Gymnaſium accerſito, poſteaq̃ eius acceſſus appropinquare dictus eſt, ob eminentiſſimam eruditionem, ampliſſimamq; nominis celebritatem à magiſtratibus urbis (q̃d niſi uel regibus uel Impatoribus uel ſummis principibus dari conſuerat) à Gymnaſiarchis & omnifariam profeſſionibus, ingentiq́; officiorum frequẽtia itum eſt obuiam, ut nulla unq̃ hoĩum memoria uel regẽ quẽpiam honorificentius acceptum uiderit Patauina ciuitas. O generoſam Stirpem, & ſua etiãnum uirtute & prolis fœcunditate uere felíciſſimã, & tanq̃ in unam arborẽ plura genera, ſic in iſtam familiã multorum inſitam atq; illuminatam ſapientiã. O uerißimam* VERITATIS *ſententiam. Omnis arbor bona fructus bonos facit. Non ne hanc ipſam* CHRISTI IESV DEI OPT. MAX. *ſententiam uel in patre tuo eiusq; filijs ſine controuerſia comprobatam nemo nõ adfirmet? qui, quales & quãti in omni uirtutum genere filij ex tanto uiro perinde atq; arbore fœcũdiſſima proceſſerunt, cogitet. De te equidẽ uiro nunq̃ ſatis laudato quid dicã? quippe, qui oẽm longe ſuperes laudem, qui uel in primis eo ingenij acumine, tanta animi ſapiẽtia & dexteritate, tamq; excellenti oĩum ſis rerũ eruditione & prædicaris, ut uel in tota nemo ſit Europa, qui cuiusq; rei & diſciplinæ & ſentẽtias & quæſtiones te uno ſciat & poſſit diſſoluere aut ſubtilius aut ſapientius aut uerius. Siluerim qua ſis uitæ ſanctimonia, morũ integritate & innocentia, re-*

rum deniq; qua & prudentia, quo pariter conſilio atq; quâta in DEVM OPT. MAX. *religione, & diuina demũ eloquentia, & q̃ cæteris oĩbus inclytis excellas uirtutibus: q̃bus nimirũ hoc es ueræ apud oẽs gentes opinionis adeptus, ut poſt unum* PONT. MAX. *non mõ nemini cædas, ſed mortales reliquos q̃ longiſſime poſt te relinquas. Quibus profectò in clytiſſimis tuis uirtutibus* LEO *ille, eius nominis decimus,* P. M. *nec alterius ſanè rei ſuffragio permotus te cardinalitia illa dignitate oiũ multo digniſſimũ cenſuerit, qui hoc ipſum dignitatis haberes faſtigiũ, nõ ſecus ac uictoriæ ſignũ, & uirtutis præmium, non tñ, ut multi, qui nunq̃ in acie ſteterunt, nunq̃ caſtra uiderunt, nunq̃ deniq; tubarum ſonũ, niſi (ut quidã ait) in ſpectaculis audierunt: Verum, ut ille, q decus illud, illumq; honoris triũphum ſudore, labore, ſtudio, ſapientia, & factis poſtremo glorioſis ſtrenue adſequutus eſt. Teſtes quidẽ huius tibi ſunt rei tuarumq; maximarũ uirtutum longe maximi, Inuictiſſimus ille Romanorũ, idemq; Inclytiſſimus Imperator* MAXIMILIANVS, & *opulentiſſimus idemq; ſapientiſſimus* ANGLORVM *Rex, apud quos tantum in omni genere uirtutis, noie* SEDIS APOSTOLICAE, *Legatum egiſti, ut principes illi Maximi uniuerſiq; Imperij proceres tuam & eloquentiã & ſapientiã demirati periđe ac quodã numine diuino præſente obſtupuerint, adeo, ut ſubinde in ſapientiæ nomen apud illos abieris, & tam illuſtrem nois tui famã per totum terrarum orbẽ propagaueris, ut non ſit mõ locus aut tam deſertus aut tam inhumanus, qui te, cum acceſſeris, non afferri atq; appetere uideatur, nec homines tam agreſtes, qui ſe, cum te aſpexerint, non maximum cæpiſſe uitæ fructum putent. Nec ſanè crediderim, ullã tam immemorẽ fore poſteritatẽ, nec tam ingratas repertum iri literas, quæ tuam gloriã, uirtutumq; ſpecimen non imortalita-*

tis memoria proſequuntur. Id quod æque dixerim de THOMA CAMPEGIO, *Ampliſſimo Feltrenſi, eodemq; doctiſſimo Epiſcopo, fratre tuo longe digniſſimo, quē certe ob ſingularem animi ſapientiā, & felicißimā dicendi facundiā* HADRIANVS *ille* SEXT. MAXIMVS *oībus modis* PONTIFEX, *idemq; ſapientiſſimus unum ex pauciſſimis delegit qui in ſumma rerum apud Venetos, gentē profectò illuſtrē, eum ageret legatū, cuius prudentia, conſilio, diuinaq; eloquētia adiuti hac dudum expectata & pace beatiſſima, iam tandem perfrueremur. Nec eſt, quod de* BARTHOLOMEI CAMPEGII, *& eius quidē fratris tui præſtantiſſimi, uirtutum laudibus uel uerbum proferā: nempe, qui earum habeat teſtem, omni exceptiōe maiorē, potentiſſimū, inuictiſſimūq;, illumq; uere Catholicum,* CAROLVM *eius nōis Quintū, Romanorū* IMPERATOREM: *nimirum qui eundē ob ſtrenuam rei militaris peritiā, belliq; gloriā inter proceres ſuos facile intimum, ueluti alterum noſtri ſeculi, uel Fabium, uel Scipionem (aut ſi quid illis ſit maius) elegit, ſecumq; ſemper chariſsimū habet. Nec inde uel in minimo degenerarunt* ANTONIVS MARIA ET MARCVS ANTONIVS CAMPEGII, *& ij quidē fratres tui Bononiæ nunq̄ pœnitendi: q̄ ppe, qui non minus domi quam foris præclariſsimi, ita omni tempore ſuam ab omni labe uitam tutati ſunt, eamq; ſacroſanctam fecerunt, & tanta deniq, animi fortitudine & dexteritate, conſilio, doctrina, meritumq; innocentia uixerunt, ut maximis perfuncti omni numero laudis magiſtratibus ſummum penè faſtigium principum omnium impleuerint. quo demq; fit, ut ſe illis Inclyta* BONONIA *ſolis perinde patribus lætetur, illoſq; merito clariſſimos uiros illorum quaſi peculiari titulo appellet. Verum, quo digredior? Quid tento? Num geſtiam, quod ne Demoſthenes aut Cicero quiſſiā præ*

ſtare poſſit? Superantur profectò meæ uires magnitudine re rum, tueq; illuſtriſſimæ proſapiæ præconijs. Reuertor igitur ad opuſculum noſtrum De principijs Dialecticæ, & aliquot i Oratoriã ex Rhetore noſtro tuo quoq; nomini Ampliſſ. inſcripto, obſeruationibus, Id qđ totum iterum atq; iterum. R. T. D. ſupplex effero, dedico, conſecro. Fateor equidem libellum hunc planè tuum tum eſſe exiguum, quam ipſe es magnus, nec me fugit, quàm hoc ſit munus tibi puſillũ: quan quã tanto Heroi, qđ alioq nõ ſit futurũ puſillũ? Perfricui frõ tem, & humanitatis tuæ quàm celſitudinis malui meminiſſe: Siquidem, qui non ignorem, ea te eſſe animi magnitudine, eo ſplendore, ea præſtantia, ut mentis potius affectũ, quàm rei, quæ offertur, pretiũ metiaris. Imitator haud dubie Nobiliſſ. regis perſarum ARTOXERSIS Darij & Paryſatidis filij, qui à uiris ſapientibus uel hoc ſolo magnopere laudatur, quod hilaris ac ſubridens aquam illam acceperit, quam operarius quidam atq, rudis homo (quando aliud haberet nihil) ex proximo flumine, utraq, manu ſublatam, ei quãdoq; equi tanti obuiam factus obtulerat, Noſti etiammum. DEO ILLI. OPT. MAX. unius uiduæ pauperculæ quadrantem, quã ingentes aliorum theſauros, gratiorem fuiſſe. Quare non dubitauerim te patrem meum clementiſſimum hac in re, ut in cæteris omnibus, eundem illum Opt. deum ſecuturum hocq; exiguum munus clementer ſuſcepturum. Vtcunq, ſit, CLEMENTISSIME PATER, uiſum eſt animi mei maiora tibi molientis ſignificationem dare. Quãdoquidẽ qui iam iam adorno librũ de legibus interpretandis, cui Titulus ẽ Scæuola, quẽ et ipſum Reuerendiſſimo nomini tuo (ſi hoc muneris pietate, qua es, ſuſceptum ſenſero) perinde atq; optimo ſanctiſſimoq; patrono meo dedicare conſtitui. cui me meaq; ſtudia oĩa ſuppliciter commendo, & poſtremũ humillime obſecro, ut ab

iſtis maximis diuerſis curis, huc aium aduertas, uiſurus qua le ſit, quod ſupplex obtulerim. Quia uero occupationibus tuis & publico, cui nũquã nõ ſtudes, bono parcendũ ſit, qd genera tim toto hoc, cui Gorgias nomẽ, Dialogo contineatur, argumen to, qd operi toti ſubiunximus, oñdetur, qppe qui operã dedi, ne, q ſis ob Rem. Chriſtianã occupatiſſimus, totum ipſum opu ſculũ hẽres plegẽdũ, et hoc nimirũ pacto, et alijs, ne plegãt, præſtares: & ita optimus qſq; totũ, ſi qd erit, in ijs lucubra tionibus bonũ et oẽ. R.T.D. acceptum, non mihi, ſit laturus.

ARGVMENTVM OPERIS.

INtroduximus ISOCRATEM perinde atq; diſci pulũ Dialecticæs auidiuſculũ non ſine uulgari aĩ deſide rio GORGIAM magiſtrũ inclytum cõuenire, eũq; magnope efflagitare, quo ſibi ea Ratione Dialecticen tradat, qua poſſit ipſe breui, et quodã pinde cõpendiolo, latinoq; ſer mõe, abſterſa (qua cæteri antea laborarũt, et iã male audiũt) barbarie, eã qdẽ diſciplina iſtitutus ad maiores artes, Iuris. ſ. ſcientiã atq, oratoriã puenire, Gorgiã ſubinde precibus Iſocra tis illectum oĩa huic ex animo polliceri, & ita ab utroq;, lo quẽdi fortaſſis dulcedine, ſermonẽ ultro citroq; in multũ diẽ, & adeouſq; haberi, ut is tandem in ſex tomos excurrerit. In quorum diſſeruimus.

PRIMO De Quinque uniuerſalibus, ſeu (ut cæteri) prædicabilibus. Charta. 1.
SECVNDO De decem rerũ principijs, ſiue (ut uulgo loquitur) de decem prædicamentis. char. 11.
TERTIO De propoſitionum tractatu, & eorum, quæ ad enuntiationes attinent. char. 14.
QVARTO De ſyllogiſmorum diſputatione & uirtute ac uſu. char. 23.

QVINTO De locis Dialecticis ſimul atque oratorijs & Iuridicis. char. 27.

SEXTO De Sophiſmatum diſſolutione. char. 33.

QVOS VEL DVOS uiros doctrinarum ſpecimine præclaros ideo hoc in opere loquentes induximus, quo non tã ipſius materiæ generis quàm perſonarum ratio haberetur. Porrò neminẽ fugit Gorgiam illum Leontinum tot tantisq; ſcientijs uel in primis Dialectica, atq; Oratoria uſq; adeo ſuperbiſſe, ut ſe ad oĩa, de quibus quiſq; audire uellet, eſſe paratum denũtiaret. Haud ſanè igitur illum iniuria inibi præceptoris officio fungi, uti Iſocratem non immerito Diſcipuli loco introduci cuipiam uideri exiſtimauerim. Nimirum, quod hic adoleſcens in Theſſalia ſenem iam Gorgiam (prope enim is cẽtum confecit annos) tam attente, tamq; fideliter tamq; ſtudioſe audierit, ut ſubinde magiſter ad eam nominis eruditionisq; famam peruenerit, ut eius ex ludo tanquã ex æquo Troiano, innumeri ſcientiarum principes exierint. Nec ſanè utrunq; ignoramus in Dialecticis Diſciplinis nobilem extitiſſe. Proinde uideor mihi non tenere artium ſcientiſsimum Gorgiã, earundem ſcientiſsimum Iſocratem inſtituere me finxiſſe. Et uiſum alioqui eſt in rẽ fore plurimum, ut eas tantasq;, & quidem ueteres perſonas loqui in hoc ſcribendi diſputandiq; genere introduceremus. Quandoquidẽ genus hoc ſermonum in hominum ueterum authoritate, & eorum ſanè artium ſplendore illuſtrium, plus uideatur habere & grauitatis, ac eruditionis, & illud forte ipſum lecturus non ſic Nauſeam, ſed uel Gorgiam uel latinum Iſocratem, ſi non ingenio, ſaltem ob materiã legere exiſtimet. Sermonis itaq; auſpicium Iſocrati dedimus, cui ſubinde Gorgiam reſpondentem audiamus.

FOEDERICI NAVSEAE BLANCICAMPIANI IVRISCONSVLTI DE PRINCIPIIS DIALECTICES LIBER, CVI TITVLVS GORGIAS.

PRIMVS TOMVS DE QVINQVE PRAEDICABILIBVS.

ISOCRATES. ſæpe Gorgia, lætor ſane, quod hoc te loco tam opportune iã tandem inuenerim GORGIAS. Qui ſit iſtuc? ISOCRATES. Quod te dudum, multoq; tempore expectatum nuſq̃ non quæſiuerim GORGIAS. q̃d me? ISOCRATES. me quidem ſubdubitantem tuo ut adiuues conſilio & eruditione. GORGIAS. Nihil ſane eſt mi Iſocrates: q̃d ego malim, q̃ tibi gratificari, & me quæ uelis ſtudioſe præſtare. Sum enim hoc erga te animo, a quo quiduis non poſſis tibi non conſtanter polliceri. meũ proinde officiũ ſi deſideratur fac ſciam: nimirũ, quod (ſi modo poſſum) ita præſtabo, ut me ex animo tuum eſſe cognoſcas. ſed quid multa? periculum fac, quod ambigis in medium profer. Ego autem quod deinde facto opus erit exequi haud aggrauabor. ISOCRATES Magnas in primis, mi Gorgia, tibi pro tua in me beneuolẽtia gratias & habeo & ago: tua ſubinde pariter facilitate animatus te oratũ uelim, me, quo angor, ſcrupulo liberes. GORGIAS. Lubens equidem, ſi modo meæ fuerit opis. ISOCRATES. potes indubie, q̃ poſtulo, cũcta. GORGIAS unde tanta de me tibi & opinio & fides? ISOCRATES. ex fama, quam ubiq; terrarũ habes, celeberrima. GORGIAS. qualis iſthæc cedo? ISOCRATES. eius te, uel oĩbus

in triuijs, ingenij felicitatis, tantæ animi acrimoniæ, eius iudicij dexteritatis, eiusq; eruditionis inter uniuerſos efferri audio, ut unus ipſe polyhiſtoris tibi, tuo etiam iure, uendicare nomen poſſis: quippe qui paratus ſis ad omnia de quibus quisq, uelit audire, denũciare & queas. GOR. *peruelim, Iſocrates mi, iſta te miſſa plane facturum, quæ uentoſa de me magis ex animi affectu, qui Protheo mutabilior eſt, quàm iudicio, quod apud eandem raro eſt uel firmum uel rectum, plebecula eructare adſolet. Suppudet nimirum me tã ingenij & doctrinæ præſtantiã non agnoſcere, quam mihi ex alieno iudicio pendens, perfricata fronte, tribuis.* ISO. *Imò* ET POPVLO *(niſi ſapientiſſimi quique fallantur)* IN IVDICANDO PLVRIMVM EST TRIBVENDVM. *quod ipſe adeo crediderim, ut me populo ſemper, & omni in loco probatum iri concupierim. Tum etenim non uoti compos neceſſum fore exiſtimo, ut qui à multitudine probarer me doctis pariter haud quaq̃ diſplicere. Cum haud dubie (cuius orator quiſpiam orans fidem facit) plæriq; à ſenſu uulgi, & populari approbatione iudicemur: ſitq; ſæpenumero (ut ille uere dixit) doctis hominibus cum populo nulla diſſenſio, cæterum probetur hoc idem doctis, quod multitudo non exhorret, qui enim fieri poſſit, intelligenti probari auditori, quod populo non probatur? quẽadmodum enim (utar autem ſimilitudine à docto plane profecta homine) ex neruorum ſono in fidibus, quàm ſcienter ei pulſi ſint, accipi ſolet: ſit puto perinde ex animorum populi motu cerni, quid in uno quoq; ſit uel reprehenſione uel laude dignum. Nolim eã ob rem abſte imprudentior uideri, quod cum uulgo, cui & eruditiſſimus quiſque aliquando adſtipulatur, in te tuoque ingenio iudicando conuenerim.* GORG. *acute tu quidem &*

exquiſitè de iudicij norma diſſeris: at non ea energia tibi, ut pedibus eueſtigio in tuam ſententiam ſim iturus: nec etiã undecũque tuæ refragaturus opinioni: nempe quod ea de re tibi ſuſcepta ſit diſſertatio, quæ ut ꝑiculo differta ſit, ita magno intellectus acumine indigeat & otio etiamnum liberiore. Durum itaque cenſuerim uel extra aleam omnem uiro iudicandi partes ſubire. QVONIAM PARVM SIT TVTVM DE INGENIIS, DEQVE IPSORVM FRVCTIBVS IVDICARE. *Quãq̃ eo nunc uentum ſit temeritatis, ut ſus quæuis immunda de expolita Minerua iudicare uelit, & ſutori de architectura quoque iudicãdi mira inceſſerit libido. His Mediusfidius uſu euenit, ut mihi quã alijs de me plus credere ſoleam, & ſuſpenſus in aliorum lancibus minime pendeam, quippe qui non ex eo hominum ſim genere, qui ſe alieno malunt quàm ſuo pede metiri, & quæ in tergo, non quæ in pectore eſt, manticã reſpicientes. Et in Paui morem ad adulantium ſuffragia ſe dilatantes. Rectius ea propter, mi Iſocrates, feceris, ſi amici functurus officio ſubinde partius: præſertim coram palamque de amicorum laudibus, prædicaueris.* ISO. *faciam equidem, tu modo, obſecro unam mihi ſimplicitatem, quæ omnis eſt aſſentationis uacua, condones,* GOR. *abſit, tui animi candori ſuccenſeam, aberitque adeouſq;, ut tibi ſtomacher, ut etiã tibi ꝑſuaſum uelim, maximã te apud me gratiã iniiſſe, qđ tam libere tam ſyncere cor mihi tuũ, tuamq; de me opinioné aperueris. ſupereſt modo tuis (quoad dabitur facultas) obſecunder qbuſq; petitionibus.* ISOCR. *Vis ne igitur, ut quæ ex te ſcire geſtio percuncter, tuq; uiciſſim roganti ſuccurras?* GORG. *quidni? cum utriq; otium ſit, & à ſtudio alioqui ſerio uterq; uacet, & neuter occupationibus nunc alienis diſtringatur. Expo*

ne,ac in medium profer,quo teneris. ISOCR. decreuerã nuper grãmaticis imbutus præceptis meas ſubinde horas in oratoriæ,iuriſq; ſtudium me collocaturum: quod parum ex ſola grãmatica fructus me cœpiſſe cogitarem, ſi deinceps ad altiores diſciplinas non pergerem. Conueniens proinde utriuſq; tam oratoriæ quàm iuris ſcientiæ profeſſorem intra noſtra tẽpora celeberrimum,ita ſanè deterritus ſum,ut in deſperationem planè deuenerim,& arborem mihi ſuſpendio delegerim. GORG. Cur ita? ISOCR. quod ex eo non ſim ligno ex quo Mercurius creari poſſit: hoc eſt nõ yſdem natus ſum gratÿs,cui uel rethoricæ uel iuris facultas tradi queat. GORG. cauſam? ISOCR. quia dialecticæ ſum expers, citra quã uel oratorem uel iuriſconſultum fore infitias eunt. q̃d tamẽ nõ facile crediderim. Tu ergo dices an ea futuro aut oratori,aut iuriſcon. opus ſit arte. GORG. nõ dialectica modo ſed alÿs etiã artibus plæriſq;. ISOCR. quid plæriſq;? GORG. Immo omni rerum magnarum atq; artium ſcientia. ISOCRA. ſerio ne? GOR. tantum abeſt iocer, ut uel Ioue ipſo lapideo,quæ dixi,adfirment. ISOC. q̃bus dic ſciẽtÿs? GOR. omnibus hercle: oportet nimirum ipſum uel oratorem uel iuriſcõſultum (ſi modo in aliquo eſſe numero uelit) Geometriæ,Muſices,Grãmatices: & omnis demq; ingenuæ artis ſcientia atq; philoſophiæ,& multa plane eruditione, et pluribus partibus, & omnium (ut dixi) rerũ agnitione non eſſe modo uulgariter eruditum,ſed uel exundare & exuberare. Et cui prætterea lecti ſunt poetæ,cognitæ hiſtoriæ,ac oĩum bonarũ artium ſcriptores excuſi. ISOCRATES quo modo id credam? GORGI. credes utique ſi quæ ſint oratoris & iuriſcon. partes,cognoris,quæ utriuſq; partes,illius profectò eſt de omnibus,quæ eueniũt rebus uarie,copioſeq́;

Oportet oratorẽ & iuriſcon. oẽs artes ſcire.

dicere. Huius omniū de cæterorum controuerſijs iudicare et cognoſcere. ISOCRA. exēplo quæ aiſexpone. GORGI. quomodo reris, qui ſit expers medicinæ orator aut iuris peritus de ueris uel dicet uel cognoſcet aut Muſicæ ignarus de rithmo, pedumq; motu loquetur uel iudicet? aut qui alienus ab Aſtrologia de ſtellarum ſymphonia diſputabit? aut qui deniq; pluribus diſciplinarum ſe telis armabit, ubi contra diſciplinas plures diſputare acciderit? ISOCR. rem accipio, ſed unum cedo GORGI. quod? ISO. an omnibus de rebus poſſit uel in orationem uel in iudicium uenire diſceptatio? GOR. quid ni? & ſi non ſemel cumulatimq; uſu mehercle uenire poterit, ut et dicendū et iudicādū ſit DE GRAMMATICIS, GEOMETRIS, ARITMETHICIS, HISTORICIS, PHILOSOPHIS, MVSICIS, & infinitis alijs artium profeſſoribus: ac aliquoties ex obſcuriore aliqua ſcientia promendum & ad ſumendum: modoq; pro imperatore dicendum, & modo contra eūdem pronuntiandum, aliquādo de rei militaris uſu, regionū & terreſtrium & maritimarum ſcientia, de uarijs demū Reip. ciuiumq; cauſis & negotijs, quæ (uti noſti) certo non includuntur numero. ISOC. belle grauiterq;, remq; acu penè tetigiſti, quam & ego ad unguem intelligo. Nihil utiq; eſſe quod non ſuo & loco & tempore uel in oratoris orationē uel in iuriſperiti conſultationem cadere poſſit, eaque reutrūq; omnis oportere rei fere ſciētē. GORG. ita ſanè eſt ISOCRA. conceſſerim equidem utriq; omnium eſſe rerū ſcientia opus, et quidem Dialectica: ſed mirum mihi uideri ſolet, naturam poſſe tot doctrinas perdiſcere, pariterq; memoria continere. GORG. te mirari nolim. ISOCRA. cur? GORG. Videris enim rem miratu haud dignam de-

mirari, & ob id indoctior. ISO.*indoctior unde?* GOR.*tibi ne illa philoſophi illius oīum facile principis uox inaudita?* ISO.*quæ uox?* GOR.*omnem harum ingenuarum & artiū humanarum doctrinam uno quodam affinitatis uinculo concludi.* OMNESQVE DISCIPLINAS INTER SE CONIVNCTIONEM RERVM ET COMMVNICATIONEM HABERE. *Eſſe quoq, encyclion diſciplinā, uti corpus unum ex his membris congeſtam.* ISOCR. *qui hoc ipſum percipiam?* GORG. *ubi enim uis eſt rationis eius, qua cauſæ rerum, atq; exitus cognoſcuntur, mirus quidam uniuerſarum perinde atq; cōcentus doctrinarum, conſenſus pariter reperitur.* ISOC. *Verum narras?* GORGI.*narro, & quidem adeouſq;, ut facillime putem omnibus quempiam artibus erudiri: hocq; exemplo demonſtrare.* ISOC.*demonſtra.* GORG. *Vide eos, qui à teneris (ut aiunt) unguiculis inſtructi uarijs ſunt artibus, omnibusq; literis, citra laborem eaſdem notas, communicationemq; omnium diſciplinarum, et facillime omnia cognoſcere.* ISOCR. *uideo ſanè, ſed paucos tamen omni in ſcientia ſummos et abſolutos.* GORG.*recte ais, id.n.ipſum q fieri poſſet? cum nec faſtigium agnitionis inibi deſideretur.* ISOC. *non?* GOR. *haud quidem in tot tantisq; rerum uarietatibus, elegantias ſingulares quiſpiam conſequi poteſt: quoniam ratiocinationes earum agnoſcere, & percipere uix in hominis ingenij poteſtatem cadat.* ISO. *ſat ergo* LAVDIS HABET QVI MEDIOCRITER IN OMNI ARTE *doctus?* GORG. *ſatis utiq; & abunde is uidetur feciſſe, qui ex ſingulis doctrinis partes et rationes earum et mediocriter habet cognitas, eas, quæ neceſſarie ſunt, ſciat: utpote ſi quid his de rebus & artibus iudicare & probare opus*

ſuerit, ne deficiatur. I S O C. *perplacent illa nimirum omnia. uerum unũ eſt, quod ſcire geſtierim.* G O R G I. *quid?* I S O C. *poteſt ne ipſa, de qua noſter futurus eſt ſermo, dialectica compẽdio quodam, quatenus ea opus habent oratores & iuriſconſulti tradi, & quidem præſcripto & certo tempore.* G O R G. *poteſt haud dubie, cum ſit artium facillima & ancillaris tota, breui admodum doceri tempore, nec ex re eſt, in ea diu multumq́; morari, et quaſi gyris meãdris apud ſyreneos ſcopulos conſeneſcere: nec eo, quo nunc utuntur, docendi modo uelim cupiendam. Nõ enim opus eſt captionibus, ſophiſmatis, aleatorijsq́; ſycophantijs, hydropicis, ijsq́; ſpinoſis ſyllogiſmis. quos tñ tam frequenter noſtra tẽpeſtate et impudenter logices iſti magiſtri (tales enim eſſe & haberi uolunt) effutiunt, ut ſeipſos haud cognoſcant, nec quid, aut quo tandem finis doceant gnari: quoſq; ſi ipſe audias, non putes* Dialecticos, *ſed uel circulatores uel impoſtores uel ſua, qua omni Stentore clamoſiores inclamitant, barbarie blaterones, linguaces, loquutuleioſq;: nempe qui effreniores imbelles* MVLTVM SANE HABENTE LOQVENTIAE, PARVM AVTEM SAPIENTIAE: *nunq̃ etiam cogitantes eam, cui ſe perpetuo dedidere, artem in eũ finem docendã, diſcendãq;, ut cæteris nobilioribus diſciplinis, utpote oratoriæ & iuriſciẽtiæ uſui ſit futura.* ISO. *ita (ut dij me ament) ueluti ais, eſt. noui equidem pleroſq;, qui apud eos & operam & oleum perdidere: quibus nec ꝑſuaderi poterat, dialecticam aut oratori aut legum ſtudioſo fore neceſſariam: quibus & ipſe ferme adſtipulabar. Nimirũ, qui ne nunc quidem expiſcari poſſum, quid poſſet hæc ipſa* Dialectica *aut oratori aut iuris prudenti adminiculari.* Tu *idcirco: mi* Gorgia: *ſubijcias oro uel paucis aut uno tantum*

Quomõ ſit ſtudẽdum dialeticæ, et quatenus

uerbo, ubi ſubſidio illa alterutri eſſe poſſit. G O R G. *tametſi rem petis, quæ ſit luce meridiana clarior, quanq̃ & appare re notamq́; lippis ac tonſoribus eſſe exiſtimem: nihil tamen iuſta roganti ſum negaturus.* I S O C. *quod te facturum im pendio obſecrarim.* G O R G. *quanq̃ quod flagitas ſexcentis & quaſi in illuſtri quodã monumento exẽplis oſtendere poſ ſem: ero tamen ne longior ſim, uno aut altero utrinq; conten-tus. Dic, quæſo, quid uel orator uel iuriſconſultus ſine argu-mentorum uirtute ualeat? aut utri non opus ſit uel magno-pere definitionibus, diuiſionibusq́;? quid uterq; citra ratioci nationem aut perſuadebit, aut cõſultabit? quid inquã uterq; interpretabitur, corriget, uituperet, refellet, de q́; omni re in contrarias partes (quæ haud dubio in iudicijs, ubi ambo uer ſantur, eueniunt) diſputabit, quidq́; ſit in quaq; re aut pro-babile aut reprehenſibile ſine ſyllogiſmorum normis eliciet, & deniq; ex omnibus, quod melius ſit, eruet?* I S O C. *de ijs ergo Dialectica?* G O R G. *de omnibus inquã docet. Immo ſex centa ſunt in iure, tam pontificio q̃ ciuili, quæ abſq; Diale-ctica ſciri nequeunt.* I S O C. *dic (ſi lubet) aut unum aut al-terũ?* G O R G. *iuris ſtudioſus, & a Logica alienus, nũ ſciet, quæro, an generi per ſpeciem derogetur? An conditionum cer ti una ſit generis altera ſpeciei: aut quomodo mutuum intelli get? quod eſſe aiunt cum non eandem ſpeciem, quã dedimus, ſed idẽ genus recipimus. aut qui diſcutiet, quod olim in quę-ſtionem uenit, qui quadringenta habebat, legauit trecenta, deinde fundum tibi dignum centum aureis ſub hac conditione legauit, ſi legi falcidiæ in teſtamento ſuo locus non eſſet? aut quomodo iudicabit in ea ſtipulatione, quã ita conceptum eſt. Si hominem aut fundum non dederis, centum dare ſpondes? an puta, utrũq; aut alterum ſit faciendum, ut cõmittetur ſti*

Dialectica neceſſaria oratori & iuriſconſulto.

pulatio? quid iuris exiſtimabit i ea quæſtione, qua quærere ſoliti ſunt, ſi plurium ſeruorum nomine iudicio ſiſtendi cauſa una ſtipulatione promittatur, pœnam quidem integram cõmitti, licet unus ſtatus non ſit recte utiq; cõmitti aiunt, qa uerum ſit omnes ſtatus non eſſe, cæterum rationis ratio ignoratur. ISOC. *Hæc omnino arbitraris logica adiuuante ſciri poſſe?* GOR. *arbitror & alia plæraq;, quibus tum iuriſprudentum priſcorum, tum neotericorũ uolumina undecũq; ſcatent: quæ, uel me ſilente, ad noſtri ſermonis finem ſua tibi ſponte occurrent.* ISOCRA. *non eſt quod ultra hæſitem. tu uelim proide ſi potes, quæ uel in uniuerſum Dialectica doceat, quo creditu ſint digniora, quæ dixiſti oĩa dicas* GOR. *dicam perquam lubẽs, ipſe modo (quoniã in rem eſt noſtrã) attente auſculta.* ISOCRA. *Immo attentiſſime, iam iã exordire.* GOR. *Docet ipſa Dialectica ſolida & uera et antiqua primũ uim, naturam, genera uerborum & ſimplicium et copulatorum Deinde quot modis quidq; dicat, qua ratione uerum falſumue ſit iudicetur, quod efficiatur, quod cuiq, conſequens ſit, quodq; contrarium, Cumq; ambigue multa dicantur quomodo quodq; eorum diuidi, explanariq; oporteat. Sine profecto Dialecticorum ſcientia, ut eloquentiæ pater ait, genus & ſpeciem cuiuſq; rei cernere, neq; eam definiendo explicare, nec diſtribuere in partes poſſumus, nec iudicare quæ uera, quæ falſa ſint, neq; cernere conſequentia, repugnantia uidere, ambigua diſtinguere.* ISOC. *ſcitu oratori iuriſconſultoq; iſtæc neceſſario exiſtimas?* GORG. *utriq; & magnopere, nec ijs modo ſed quibuſq; ẽt alijs, qui ſe nuſquã deceptum iri contendunt.* ISOC. *ſentis, quod ais?* GORG. *Sentio, conſtanterq; adſeuero.* ISOC. *cur ita?* GORG. *Quũ enim omne quod loquimur, fit, ut id aut eſſe dicamus,*

Quæ doceat ipſa dialecticæ.

*aut non eſſe, et ſi ſimpliciter dictũ ſit elatum, et adiũcta ſint
alia, iudicẽt, recte ne adiũcta ſint, et uera ne sũma ſit uniuſ
cuiuſque rationis & argumenti, hocque modo ad extremũ ſuis
acuminibus et quærũt, et quæſita diſſoluũt et retexunt.* ISO.
*hæc ſi ſingula ꝑdocet, neſcio quam non poſſit artẽ logicã poſt
ſe relinquere, ꝑinde artibus atq; cæteris profutura uniuerſis.*
GOR. *Vides ergo ꝗbus ego uerbis meis fidẽ fecerim?* ISO.
*uideo, & ꝗdẽ non ꝑtranſennam, ſed ſole clarius: q̄q̄ haud dũ
mei ſim uoti compos.* GOR. *Quid igitur deſideratur?* ISO.
*uera Dialecticæs definitio: quam ut ſermoni noſtro connectas
plurimũ obteſtor.* GOR. *põt hæc ipſa ex ſuꝑioribus noſtris
uerbis facillime cõcipi, ꝗbus, quæ dialecticæ docet, oſtẽdimus:
hinc opus minime duxeri, ut ſoli lucernã addã.* ISO. *Verũ ais.
ſed ꝗd Archadico iuuenu (qualis mihi ipſe uideor) in ſiniſtra
parte ſapit? hoc eſt, ꝗd rudi diſcipulo, quẽ nũc ago, nimio plus
dici poteſt? Eũnciaſti eꝗdẽ uniuerſa & ſingula nõ tam acute
quàm dilucide, diffuſius tñ (ꝗđ cũ uenia tua dixerim) q̄ itelli
gibilius. Velim eã ob rem, ut breuitate quadã,* QVA DEFI
NITIONEM QVAMQVE ESSE COMPOSITAM *aiũt,
artis Dialecticæs definitionẽ te complexurum, quo ſis me non
eruditione minus, quàm meã, quæ tenuis eſt, memoriã adiutu
rus.* GORG. *Apud hominẽ facilitate præditum nõ opus
eſt, omnem lapidem moueas, nec amicus fuerit credo, qui non
idem cum amico habeat & uelle & nolle.* ISOCR. *Hoc
apud omnes propemodum, ob eam, qua eſt, ueritatem in pro
prouerbium ceſſit.* GORGI. *Haud ea propter eſt quod me
tibi poſſe exiſtimes negare, quem unicæ diligo, cuiq; me chariſ
ſimum eſſe ſentio, et nõ protritæ authoritatis doctorẽ.* ISO.
*nec eam tuam de me credas unquã falli opinionem, te nanq;
non diligo tantum, uerum etiam amo & uti omnis grauita*

tis præceptorem reuereor. Sit itaq; meis apud te precibus facilior, quæſo, locus. & breui, quæ ſit Dialectica, definias. GOR. DIALECTICAM DEFINIO: BENE DISSERENDI, ET VERA AC FALSA DIIVDICANDI SCIENTIAM. ISOC. Quis eius artis finis atq; materia? GOR. bene diſſerere, uerũq; à falſo dignoſcere. ISO. Quibus hæc inſtrumentis docemur? GOR. Definitionibus et diuiſionibus, ac argumentis. ISO. qbus cõſtant argumenta. GOR. Syllogiſmis. ISO. qbus ſyllogiſmi? GOR. propoſitionibus. ISO. qbus propoſitiones? GOR. orationibus. ISO. qbus orationes? GOR. terminis. ISO Quid ẽ terminus? GOR. TERMINVM DICI AVDIO DICTIONEM alicuius rei, quæ uel cerni uel tãgi, ut fundus, paries, uel ĩtelligi põt, ut uſucapio, tutela et oẽ apd Grãmaticos uerbũ, ſignificatiuũ. ISO. Quotipharia ter minus ſcinditur? GOR. TERMINVS EST AVT VNIVERSALIS aut indiuidui ſignificatiuus. ISO. Quid indiuiduũ? GOR. QVOD INDIVIDVAM ET SVAM uniuscuiuſq; naturam notat. alio nomine TERMINVS SINGVLARIS. prima ſubſtantia, nomen cuiuſq; propriũ, ut Socrates, Plato. id qđ de nullo q̃ de ſe ipſo dici aiunt. ISO. Quid uniuerſale? GOR. QVOD IN MVLTIS ESSE APTVM NATVM EST. alioq prædicabile. quando de illis (ut iſulſe: docẽdi gratia, dixeri) multis prædicari ſolet, ut homo ẽ animal, leo ẽ animal, bos eſt animal. ISO. põt ne, qđ uniuerſale dici ſolet, aut tãgi aut uideri? GOR. minime? ISO. Qui ſit illud? GOR. ipſum. n. pro natura quadã per intellectus noſtri ideã abſtracta, accipi conuenit, quam multa æque participant, eaq; cauſa de hac prædicabilia, animalis ſiquidem natura, quam ſentire dicũt,

Dialecticæ definitio.

Quid terminus

Terminus Vniuerſalis

Indiuiduus.

Quid terminus idiuiduus.

Terminus ſingularis.

& in homine & leone & boue æque reperitur, hinc ab his oĩbus animalibus, quo hæc natura notatur, prædicari poteſt.

Vniuerſalia quĩque. ISOCRA. Quot ſunt uniuerſalia? GOR. Quinq; a plæriſq; omnibus recenſentur. ISOCRA. Quæ? GOR. GENVS, SPECIES, DIFFERENTIA, PROPRIVM, ACCIDENS. ISO. Si libet atq; uacat de ſingulis ſua quadam ſerie, ueluti in alijs hactenus factum eſt, à te rogabo, roganti reſpondebis? GOR. Reſponſurus ſum, nam eo mihi tecum ſuſceptum eſt negotium, quo tibi à me mos gereretur. ISO. Tu igitur quid ſit genus ſignificato. GOR. GE

Quid genus. NVS EST QVOD DE PLVRIBVS SPECIE DIFFERENTIBVS NATVRA PRAEDICATVR. cuiuſmodi eſt animal, qđ de homine, leone, boue, quæ differunt ſpecie, prædicatur. ISO. Quomodo accipiam quod

Differre dicitur differre? GOR. differre ideſt ab alio eſſe diuerſum. Eſt autem hic notatu non diſſonum toties aliqua ab alijs dif-

Similia ferre, quoties ſimilia alijs aliqua eſſe poſſunt. Sũt autẽ quæ

Differentia. eodem ſunt genere ut homo, leo, bos ſub animali. Eadem ſpecie, ut Plato, Ariſtoteles ſub homine. Eodem numero, hæc autem uel nomine, qualia apud Grammaticos ſunt, Synonima, quæ ſingula rẽ ſignificãt unã: ut P. Conelius Scipio Aphricanus. enſis, gladius, Mucro, Eadem definitione, quorũ unum eſt alterius definitio, ut animal rationale homo. Eodem proprio, quorum unum eſt alterius proprium, cumq; eo conuerti poteſt, ut riſibile & homo. Eodem accidente. quorũ unum eſt alteri accidens, ut Plato, et quæ in ipſo eſt nigredo. ita differẽtia ſunt genere, ſub diuerſis contenta generibus. ut homo ſub animali, marmor ſub lapide. Differentia ſpecie diuerſis ſpeciebus contẽta, ut Ariſtoteles ſub homine, hoc marmor ſub marmore, aut diuerſæ ipſe ſpecies, ut homo aſinus, leo. Diffe

rentia numero, quæ numero diuerſa in cæteris ſunt ferme pa ria, ueluti indiuidua. ISO. poteſtne alia generi definitio ad hiberi? GOR. pōt. ISO. Quæ? GOR. GENVS EST CVI SVBIICITVR SPECIES ut ſeruituti ſeruitus perſonæ, ut uſus, uſu fructus. Seruitus rei, ut prædiorū urbanorum, prædiorum & ruſticorum iter, uia, aquæ ductus ISO. Quot in partes genus diſtribuitur? GOR. in duas ISO. Cedo quas? GOR. in genus ſupremum, quod alij generaliſſimum, & infimum, quod alij ſubalternum uocāt ISO. Quid eſt genus generaliſſimū? GOR. QVO NON EST ALIVD SVPERIVS, AVT QVOD CVM GENVS SIT SPECIES ESSE NEQVEAT cuiuſmodi ſunt decem omnium rerum pricipia, quæ prædicamēta nuncupant, ueluti ſubſtantia, quantitas, qualitas, de quibus ſuo loco ſumus acturi. ISO. Quid eſt genus ſubalternum? GOR. Quod cum ſit genus, ſpecies etiamnum eſſe poteſt. quale eſt animal. Ipſum enim hominis, leonis, aſini genus, corporis uero animati, quod ſupra illud collocatur, ſpecies extat, poteſt enim idem eſſe modo genus, et id inferiorum modo ſpecies, hocq; ſuperiorū rōne. HINC GENVS ET SPECIES INTER SE SIGNIFICATI LATITVDINE DIFFERVNT, quoniam illud amplioris, hoc uero ſignificantiæ eſt anguſtioris. Plura enim q̄s negat aialia eſſe ꝙ hominis ſubiecta? QVO FIT, VT VALEAT PROPOSITIO VNIVERSALIS À SPECIE AD GENVS, NON AVTEM AB HOC AD ILLAM, VT OMNIS HOMO EST ANIMAL, NON AVTEM OMNE ANIMAL EST HOMO, niſi animal intellectu, quod tamen infrequens exiſtimo, ad animal rationale, quod homo eſt, conſtringere uelis. ISO. Teneo, quæ di-

Alia generis definitio.

Genus duplex.

Quid genus generaliſſimū alioq genus ſupremum

Quid genus ſubalternū alias infimum.

Genus ſubalternum, à ſpecie ſignificationis latitudine differt.

xiſti, omnia, modo uelim rem tuo more uulgari quàdam regula, memoriæ uegetioris gratia, te illuſtraturũ. GOR. *qua norma?* ISO. *qua primo quodammodo aſpectu ſcire poſſem, quid genus eſſet.* GOR. SCIAS IGITVR GENVS DICI OMNE, QVOD DE PLVRIBVS NOMINIBVS APPELLATIVIS (QVAE GRAMMATICI APPELLANT) PRAEDICARI *poteſt, ut condictio apud Iuriſconſultos prædicatur de cõdictione furtiua, condictione cauſa data; cauſa non ſecuta, condictione ob turpem cauſam, condictione indebiti, condictione triticaria. Sunt enim hæ omnes condictiones perinde atq; generis ſpecies. Id quod aduerſus leguleios aliquot, doctiſſimus quidam Iuriſconſultus commonſtrat inquiens.* EST ET HAEC SPECIES (LOQVITVR AVTEM DE CONDICTIONE SINE CAVSA) CONDICTIONIS, *ſi quis ſine cauſa promiſerit, uel ſoluerit quid indebitum. Aliud eſt exemplum de arbore, quæ de ſalice, pruno, fico, cæraſo, & alijs prædicatur arborũ ſpeciebus. Lapis item de ſilice, cote, marmore, ſmaragdo, & alijs.* ISO. *arbitror quæ dixiſti de genere adeo uſq; tuis clara exemplis facta, ut nullis ſubinde uerborum ambagibus eſſe opus exiſtimem. Quamobrem oportune ad ſpeciei definitionem, eiuſq; cognitionem tranſitus fiet.* GOR. *fiat.* ISO. *Expone igitur qd ſpecies?* GOR. SPECIES EST QVOD DE PLVRIBVS, NVMERO TAMEN DIVERSIS, NATVRA PRAEDICARI SOLET, *hoc eſt, de pluribus indiuiduis, ut homo de Ariſtotele, Platone, Theophraſto, quæ ſcilicet plura genera ſub uno, unaq; ſpecie continentur, deq; his æque communicant.* DEBET AVTEM HAC IN DEFINITIONE, QVEMADMODVM ET ALIAS, VER-

Condictio

Quid ſpecies

BVM PRAEDICARI APTITVDINEM, NON ACTVM NOTARE. CVM ENIM DEFINITIO EST DE VNIVERSALI ET NON SINGVLARI, NECESSVM EST NON OPERATIONEM QVAE SINGVLARIVM EST, SIGNIFICET. ISO. *Quid faciundum? ſi ſpecies qua notatur res aut ratione aut anima ſenſu carens, non habuerit indiuidua quibus ſua ſint propria nomina, quo, ut ſinguli homines, appellari poſſunt?* GOR. *propriorum nomina locum, ſupplebunt pronomina, quæ demonſtratiua dicunt, ut hic, ille, iſte Nihil enim referre aiunt, rem aliquam aut nomine ſuo, aut ea demonſtratiõe, quæ nominis uice fungitur, aut digito, aut uocabulis quibuſdam, quæ tantundem præſtant oſtendere. idem enim puto, ille homo currit, demonſtrando Platonem, ac ſi dicerem Plato currit* ADDES IGITVR IN EIVSMODI ORATIONIBVS SPECIEI PRONOMEN DEMONSTRATIVVM. ISO. *Da aliam ſpeciei definitionẽ* GOR. SPECIES EST QVAE SVB CERTO PONITVR GENERE, *de qua genus prædicari poteſt, ut homo ſub animali.* ISO. *Speciem in ſua diſtingue membra* GOR. *Specierum aliqua ſpecialiſſima, aliqua ſubalterna,* ISO. *Species ſpecialiſſima quæ?* GOR. QVAE GENVS ESSE NEQVIT, AVT SVB QVA INFERIOR ALIA EST SPECIES NVLLA, *ut homo, leo.* ISO. *Subalterna?* GOR. QVAE CVM HABEAT SPECIEM SVB SE, GENVS ESSE POTEST, VT ANIMAL. *Hinc colligendum uelim, dici & ſpeciem et genus, quod inter genus generaliſſimũ & ſpeciem ſpecialiſſimã collocatur, Quod ex typo quem arborem uocant, ſequenti clarius intuenti patebit.*

Alia ſpeciei definitio.

Species duplex.

Quid ſpecies ſpecialis.

Quid ſpecies ſubalterna.

Subſtantia

Corporea *Incorporea*

Corpus

Animatum *Inanimatum*

Corpus animatum

Senſibile *Inſenſibile*

Animal

Rationale *Irrationale*

Homo

Ariſtotelis *Plato,* *Xenophon*

Terminus

Quid dif

ISOCRATES. *Reddidiſti ſatis cognita quæ eam in rē pertinent, ſubiunge modo breuiorem pro cognitione ſpeciei regulam.* GOR. *Quod de pluribus nominibus proprijs, ſeu demonſtratiuis terminis prædicari poteſt dicitur ſpecies, non q̄d predicat̃, ſed q̄d ſub eo ſignificat̃* EST ENIM TERMINVS, QVI PRAEDICARI SOLET REI SIGNVM. ISO. *Habeo quæ de ſpecie dicta ſunt. Subijce modo differentiæ, quam tertium in ordine numeraſti uniuerſale, definitionem.* GOR. *Differentiam, quæ uniuerſale fertur*

dixerunt

dixerunt eſſe quod de pluribus numero differentibus in eo, q̄d quale: inſtar accidentis inſeparabilis, prædicatur. ut rationale de Ariſtotele. Socrate, Platone. Perperam uero nonnulli illā de pluribus ſpecie diuerſis prædicari dixerunt, ſuiq; dicti exemplum perhibuere rationale, quod et de dijs, quos animalia & ſolum à nobis mortalitate diſtare crediderunt, prædicari dicebant. Ipſa enim unius tantum ſpeciei eſſe pōt differētia, qua à cæteris uniuerſis ſpeciebus ſeparetur, ut per rationale, homo ab omnibus animantibus diſtinguitur: Irrationale uero cæteris eſt animalibus communis ab hominibus tantum differentia. Et latent nos ſingulæ ſingularum aliarum ſpecierum differentiæ. ISOC. *Quid ſibi uult uox prædicari in quale?* GOR. *Id dicunt prædicari in quale (neceſſum autē eſt mihi des ueniam quod uerbis non modo barbaris & orationibus, ſed nouis plenè et inauditis utor. facultas enim hæc ipſa et ratio docendi, qua fidum uti decet præceptorem, eiuſmodi me rebus cogit, & inepta dare nomina. Id quod & alijs noſtræ ſortis profeſſoribus accidere uideo) ad quod rite reſponderi poteſt, ad interrogationem per quale factam. cum enim quæſiero, Qualis ē homo rectæ reſpōſurus es rōnalibus. Sed qd? reſpōdēdū animal.* ISO. *Eſt ne aliud hic notatu dignum?* GOR. *Quidē hoc. Eādē, unamq; differentiā dici conſtitutiuā, puta ſpēi cū genere. Diuiſiuā generis q̄do cū differētia aduerſaria diuidit genus, ut rationale diuidit animal, cū differentia oppoſita irrationali. Dicimus nanq; animalium aliud rationale, aliud irrationale. & illæ nimirum differentiæ diuerſas conſtituunt ſub animali ſpecies. Omnis quidem differentia generi ſuo annexa, ſpeciem conſtituit, ut rationale adiunctū aīali, reddit hominem. Hinc à ſapiente huius artis uiro quodā dictum eſt. ſolam definiri ſpeciem.* ISO. *Mirum in modum*

Dæmonia — *Quale?* — *Quid?* — *Differentia* — *Conſtitutiua* — *Diuiſiua*

hiſce tuis me uerbis refeciſti, perge obſecro, proſecuturus quæ auſpicatus es. G O R. *Quid noui?* I S O. *Non nihil de defi-nitionum, ſtructura profer, quoniã id dixeris ipſum eſſe dia-lecticorum, foreq́; oratoribus & iuriſconſultis impendio nõ proficuum modo, ſed uel neceſſarium. dicere enim ſolebas in omnibus, quæ ratione docerentur, & uia (uti oratores) pri-mum eſſe conſtituendum, quid quidq; ſit, nempe quod niſi in-ter eos, qui diſceptarent, conueniret, quid eſſet, de quo ambi-geretur, nec recte diſſeri, nec unquam ad exitum peruenire poſſe. Eſſe ea propter ſæpe uerbis mentem noſtram quaq; de re, atq; inuolutæ rei noticiam definiendo apiendam. Age igi-tur, rem tam præclaram tãq; omni in re utilem, propter quã etiam uadimonium, ut ille inquit, deſeri poſſit, quoad tempus, narrandiq́; locus patitur, enarra & edoce.* G O R. *Quanq̃ rem expetis cognitu dignam & præclaram, attamen dictu difficilem, & quidem tantam, ut neſcierim, an etiam cogita-tione eam conſequi poſſum, indeq́; fit ut penè ignorem, utrũ ſequar, negare quod rogas, an efficere quod apprime poſtu-las. ſiquidem ei negare, quem unice diligo, cuiq́; non uulgari-ter charus ſum, præſertim optima petenti, durum utiq; uide-tur, rem e regione ſuſcipere tantam, mea fore haud arbitror, quod doctiorum reprehenſionem, ſi quã incurrerem, uereor. Verum,* C V M A M O R O M N I A V I N C A T, *aggrediar quod petis. malo nãq; cum tibi mei amiciſſimo ſim obſecutus, meam à te induſtriam deſideratam iri, quàm ſi id non fecerim aut humanitatem aut beneuolentiã. tu igitur (ni fallor) quæris quid definitio ſit, q̃uodoq́; ea conficiatur.* I S O.

Quint. li. 9. *Quæro equidem.* G O R. *Quidam magni nominis rhætor, & in Dialectica diſciplina plurimũ exercitatus, definitionẽ dixit* E S S E R E I P R O P O S I T A E P R O P R I A M

Quid definitio

ET DILVCIDAM ET BREVITER COMPREHENSAM VERBIS ENVNCIATIONEM. *Eſt nimirum eius, qui eloquens eſſe uelit, ut rem de qua agitur, & preſſe & anguſte, quoad fieri poteſt, explicare.* I S O. *Quibus cōſtat definitio?* G O R G. *Siquid ſentiā. i. quid clariſſimi cum oratores tum* Dialectici *ſentiūt, uis me dicturum.* Bonam *dico & ueram definitionem ex genere & differētia conſiſtere, ut ſi peterem, ut ipſum illud, quod homo eſt (noto enim utar exēplo) definires, tu rite mihi diceres, hominem eſſe animal rationale. quandoquidem genus animal eſt, differentia rationale. & recte quidem his duobus definitio conflatur, cum ipſum definitum, hoc eſt ſpecies, ex genere ſit & differentia compoſitum.* I S O. *Quare in definitione opus eſt generes.* G O R. *ut dicat primam ſpeciei potentiam, quæ cum cæteris eſt ſpeciebus communis, non ſufficit in definitione genus, niſi addatur differentia, qua ipſum definitum. i. ſpecies à cæteris ſeparatur omnibus ſpeciebus.* Sic *igitur ueteres præcipiunt, cum ſumpſeris ea, quæ ſunt ei rei, quam definire uelis, cum alijs communia, uſq; eo perſequi oportet, dum proprium (quo differentiam intelligunt in definitionitionibus) efficiatur, quod nullam in aliam rem transferri poſſit, ut hæreditas eſt pecunia, commune adhuc, multa enim genera ſunt pecuniæ. quocircà addendum, quæ morte alicuius ad quempiam peruenit. nondū eſt definitio (uarijs enim modis ſine hæreditate teneri mortuorum pecuniæ poſſunt) adde uerbum iure. iam à communitate res diſiuncta uidebitur. nondum tamen ſatis eſt. hinc coniunge, nec ea aut legata teſtamento, aut poſſeſſione retenta. ita definitio eſt confecta.* Facies *itaq; hoc modo hæreditatis definitionem, ut ſit pecunia, quæ morte alicuius ad quempiam peruenit iure, nec ea aut legata*

Definitio uera ex genere et differentia conficit~

Hæreditas.

omni huius indiuiduo cõgruit, ut eſſe iuriſperitum. Deinceps quod non ſoli conuenit uni ſpeciei, ſed omnibus eius ſpeciei, cui competit, indiuiduis ut bipedem eſſe, quod homini ineſt omni, ſed non ſoli. Tertio quod omni ineſt & ſoli ſpeciei uni, ſed non omni tempore, ut canescere in ſenectute. Sub finem appellatur proprium proprie proprium, ipſumq; ſoli uni ſpeciei & ſemper, omnibuſq; ſpeciei idiuiduis ineſt. quo ſane modo uniuerſalium in ordine quartum recenſetur. eſtq; à philoſopho definitum, quod ſoli et omni ſemperq; ineſt, & quadam conuerſione de ſpecie, cui conuenit, prædicatur: nec quid ipſa res natura ſit explicans, quod ſolius eſt definitionis. ISO. *Subijce mihi deſcriptionẽ equi per eiuſdem proprium.* GOR. *Equus eſt animal irrationabile hinnibile. ſiquidem hinnire equi proprium eſſe aiunt, cumq; eo conuerti hunc ad modum prædicando, Omnis equus eſt animal irrationale hinnibile, & omne animal irrationale hinnibile, eſt equus.* ISOC. *Quid proprium ſit, cuiq; rei proficuum accepi: reſtat, quid accidens ſit paucis, more tuo, exponas.* GOR. *Accidens à quodam principe philoſopho definitum animaduerto, eſſe qđ adeſt et abeſt citra rei, in qua eſt, corruptionem, uti album, nigrũ, curuum. Sine enim illis ſubiectum (quod aiunt) eſſe poteſt. ſiquidẽ cui ſubſtantiã minime, ſed uel uenuſtatem, uel modo deformitatem inducunt, nec ad eius conſtitutionem neceſſaria ſunt. Summuntur uero, ut plerunq;, accidentia à qualitate. Animi, ut prudens, doctus. Corporis ut albus, longus, Extrinſecus diſpoſitionis ut diues, felix.* ISO. *Quomodo diuiditur accidens?* GORG. *Accidentium aliud ſeparabile, ut albedo uel nigredo in pariete. Inſeparabile ut nigredo in coruo & æthiope, uel albedo ĩ cygno. id enim etſi abeſſe ſubiecto poſſe uideatur minime, tamen ſine ipſis illud itelligere quimus, qđo*

Equus

Accidẽs

rem ipſam non conſtituant. ISOC. *Eſt ne alia accidentis diuiſio?* GOR. *eſt utiq;.* ISO. *Quæ?* GOR. *Accidentium aliud commune, cuiuſmodi eſt albũ & nigrum ſedere. Proprium, ueluti Socratis albedo, uel Platonis nigredo.* ISO. *Da rationem (ut cœpiſti) quendam, quo eſt cognoſcere faciliori uia accidens.* GOR. ACCIDENS ESSE DICERE *potes omne adiectiuum apud Grammaticos cuius qualitas ineſſe ſubiecto uel abeſſe poteſt. Quale eſt & differentia & proprium, quorum tamen utrunq; aptitudinem ſemper ſpeciei ineſt, et de ea i quale prædicatur hæc inſtar eius, quod rẽ ut dicat, illud uero non. Eſt inſuper & notatu iſtud non abſurdum.* DIFFERENTIAM ET PROPRIVM *de una tantum ſpecie, ſed accidẽs de pluribus prædicari. prætere accidens primo ineſſe indiuiduis, ac ſubinde generibus & ſpeciebus. perperam enim dixeris hominem uel animal currere, niſi uel Socrates aut Plato currat. Eſt etiamnum ſpecies accidente natura prior, cum huius eſſe in illa ſit totũ. Accidentis enim eſſe (uti dicunt) eſt ineſſe. prætera nec illud ignorãdũ cenſeo, propriũ primo ineſſe ſpeciei, et ꝑ hanc ſubinde indiuiduis, præceditq; natura ſpecies propriũ, q̃uis tpe neutrũ prius altero dici, bene aũt intelligi poſſit. ſi tenim in tempore poſueris hominem, illico & propriũ, & econtrario.* ISO. *Scire iam mihi uideor, quæ cognitioni eorum, quæ uniuerſalia ſeu prædicabia uocant, conducere poſſunt omnia. Superest, de diuiſiõe, cuius paulo ſupra meminiſti, uerba facias.* GOR. *faciam.* ISO. *Quid eſt diuiſio?* GOR. *more reſpondens dialectico diuiſionem rite dixerim, generis eſſe in ſuas differentias, quarum in minimo ſunt ſemper numero duæ, perinde atq; in membra quædam deductionem, ut animalium aliud eſt rationale, aliud irrationale: quandoquidem in confeſſo eſt*

Diuiſio

genus, & aliud diuidi poſſe nihil. quanquam abuſione quadam & ſpeciem, ſub ſimilitudine tamen quodammodo generis plerunq; ſeparent. Eſt enim diuiſio quædã, et ea propria generis in differentias ut ſupra. quædam totius integralis in partes eiuſdem integrales, ut domus alia pars tectũ, alia paries, alia fundamentum. quædam æquiuocæ uocis in ſua ipſius ſignificata, uelut eſt, canis alius latrabile animal, alius animal marinũ, alius ſydus cæleſte. Inſuper et per accidentia poteſt ſubſtantia aliquoties abuſiue ſecari. ſicuti, animalium aliud eſt nigrum, aliud album, accidentium item in ſubiecta ceu, nigrorum aliud eſt homo, aliud beſtia. accidentium in accidentia, ut alborum aliud eſt paruum, aliud magnum. Circa quæ ſigillatim memoriæ demandabis, NVLLAM ESSE DIVISIONEM BIMEMBRI MINOREM, *aliquoties autem ampliorem. Omne enim quod diuiſibile eſt, in partes oportet ſcindatur, alioqui diuiſum dici minime poſſit. & hæc, mi Iſocrates, de prædicabilibus dixiſſe, ſat, ſuperq; eſſe putauerim. Tuum poſthac erit quæ dicenda uelis depromas.* I S O. *Quanquam hoc loco dicendi finem iure facere poſſes: nempe, qui amplius quàm meruerim progreſſus, hæc in mediũ protuleris, quæ nec deſyderare auſus fuiſſem. ſiquidem quæ ab alijs animaduerſa ſunt nunquam, quæq; non Dialectico tantum, ſed uel cuicunq; philoſophiæ parti operam impendenti auxilio ſint futura. Verum tuam erga me facilitatem expertus uelim eo, quo incœpiſti, eloquio te perrectiurum, & antequam obnoxius flagitantis moleſtiam experiaris de rerum principijs, quæ à cæteris prædicamenta dici audio, diſſertaturus: qui uel eo me in animũ tuum facilius putes deſcenſurum, quod paulo ſupra mentem mihi meam ad audiendum prouocaris: quippe, qui prædicamentorum mentio*

Diuiſionis ſpecies

Prædicamenta

cem rerum generibus ſingula, & quæ ſunt omnia concludũtur & cognoſcuntur. nec poteſt (modo ſit uniuocum, et dictio, & humano capi ſenſu poſſit, ut homo) eſſe, quod non ſub aliquo iſtorum includeretur. quo uel mediocriter doctus, quàm eorum ſit cognitio proficua, intelliget. Quandoquidem prædicamentorum agnitione, quid quiſq; ſermo ſignificet propria definitione cognoſcatur, prætrea phyſices moraliſq; philoſophiæ norma eadem aperitur, quod per ſingula currẽtibus facile apparet. I S O. *Quis ergo tam à communi alienus ſenſu, qui eorundẽ cognitionibus non toto, quod aiunt, pectore operam ſit nauaturus: equidem in ea totus ſum futurus, modo mihi unum apertius ut oſtendas oro* G O R. *quod?* I S O. *Qui prædicamentorum ſcientia cuiuſq, ſermonis uim quiſpiã dignoſcat?* G O R. *Dicturo quæ petis quædam altius ſunt repetenda, quæ hunc ad modum ſe habent. Prædicamenta, quorum decem recenſuimus, primæ ſunt uoces, prima rerum genera ſignificantes, res uero infinitas eſſè conſtat, ſic pariterq; uoces, quæ illas notant infinitas eſſe neceſſum eſt.* I N F I T O R V M V E R O N V L L A M E S S E C O G N I T I O N E M *(animo nanq; comprehendi nequeunt) inter plæroſq; omnes conuenit. Verum enim uero, quoniam quod mentis ratione circundari nequit, nullius ſcientiæ termino cõcludi poſſit, certum proinde ſit, infinitorũ ſcientiam eſſe nullam. hinc cum à ſapientiſſimis illis philoſophiæ parentibus, nullus de infinitis rerum ſignificationibus dari tractatus poſſet, decem ab his conſtituta ſunt prædicamenta, ad quæ ipſa infinita uocum ſignificantium referri poſſit & debeat multitudo. & ita diuerſarum multitudo rerum, eaq; infinita pauciſſima prædicamentorum numeroſitate concluderetur, ut quæ infinita ſub ſcientiam uenire haud poſſent: decem generibus*

Prædicamenta primæ uoces

propriȷs definita ſcientia comprehenderetur. I S O. Hoc itaq; pacto prædicamenta, quæ dicimus, infinitarum in uocibus ſignificationum genera ſunt? G O R. Sunt quidem primæ (ut diximus) uoces prima rerum genera ſignificantes, in eo quod ſignificantes ſunt. I S O. cum prædicamenta (ut ais) uoces ſint, cur plæriq; omnes de prædicamentis diſſerentes, de rebus pariter diſſerant? G O R. Imò tam de uocibus quàm de rebus. I S O. Quemadmodum? G O R. Cum res nunquã non cum propria ſint ſignificatione coniunctæ, & quicquid in res ueniat, hoc idem in rerum etiam uocabulis inueniatur; non perperam mihi de uocabulis tractantes, proprietatem ſignificantium uocum de his, quæ ſignificantur: id eſt: de rebus una tractarunt, & ipſo hoc ſumus loco non de rebus proprie: ſed de prædicamentis: id eſt: de ipſis rerum ſignificantium uocibus in eo, qđ ſignificantes ſunt, diſputaturi. I S O. Tu nanq; mi Gorgia: cum tantum ingenio ualeas, ſingula ſubinde ſigillatim diſcutias oro, primumq; ſubſtantiæ, quam primo pauloãte recenſuiſti, definitionem accommodes. GOR.

Res uoces

Subſtantiæ deſcriptio

SVBSTANTIAM ESSE DESCRIBVNT, QVAE CVM IN SVBIECTO NON SIT, OMNIBVS REBVS SVBIECTA SVBSTET. ISOC. Quibus rebus ſubſtat? G O R. Accidentibus. I S O. In quem modum? G O R. Cum enim res omnis ſit uel ſubſtantia uel accidens, & res quælibet ſit uel in ſubiecto, uel non in ſubiecto, conſequens erit, quod in ſubiecto eſt, ut accidẽs, ſubiecto ideſt ſubſtãtia indigeat. Quoniam in propia conſiſtere natura accidens non poſſit, hinc ipſum præter ſubſtantiam, quæ prior natura eſt, permanere nequit. I S O C R A. in quibus alioqui a ſubſtantia diſtat accidens? G O R G I. HOC AB ILLA TRI

PHARIAM uideo differre. quandoquidem hæc illud ſuſtentat, non uero è regione, tum hæc non per ſe illo, ſed illud hac indiget. Præterea hæc propria eſt, illud autem eſt, quia proprie inſit, & eo uſq;, nec ultra, durare poſſit, quouſque ſubſtantia. ISO. Quæ eſt ſubſtantiæ diſtinctio? GORG. SVBSTANTIA EST VEL PRIMA, ut indiuiduum, ſubſtantiuum proprium apud grãmaticos. VEL SECVNDA, ut ſpecies & indiuidui genus, ſubſtantiuũ appellatiuum apud grammaticos. ISOC. Quo modò à ſe differunt? GOR. PRIMA SANE SVBSTANTIA nec in ſubiecto eſt, nec de ſubiecto prædicatur, cum indiuidua ſit. SECVNDA VERO SVBSTANTIA de ſubiecto: id eſt: de ſua prima ſubſtantia prædicari ſolet. ISOCRA. Vtra ſubſtantiarum altera præſtat? GOR. Prima. ISOCRA. Vnde. GORGI. Quoniam hæc maxime ſubſtet, cum accidens in eam primo, & ſubinde in ſecundam ueniat: quare dicimus primas eſſe ſubſtantias. & ſecundis & accidentibus ſubiectas. Non enim recte intelliges Grammaticam eſſe in homine, niſi inſit Ariſtarcho antea. ISOCRA. Eſt ne aliqua in ſecundis ſubſtantijs ratio ordinis? GORGI. maxima, quoniam ſecundarum ſit ſubſtantiarum magis ſubſtantia ſpecies quàm genus, quia hæc ſit primæ ſubſtantiæ, quàm illud propinquior. Si quis itaq;, quid ſit prima ſubſtantia aſſignet, melius ſpecie quàm genere explicabit. ſiquidem adſignaturus Platonem, conuenientius dicet cum primo hominem quàm animal: tametſi utrunque de indiuiduo (ueluti à Dialecticis cauetur) æq; tum & nomine, tum & ratione: id eſt: definitione prædicatur. ISOCRATES. Abſoluto ſubſtantiæ prædicamento, eorum quæ accidentis ſint, prædica-

Tripharíam accidens à ſubſtantia differt

Suſtãtia Duplex

Prima ſubſtãtia

pulari. & ſubinde liquet quaſq; loci partes, ad eundem, ad quem corporis particulæ, terminum copulari. id quod ſubtili ter cogitanti inuenire non erit difficile. ISO. Qualitatem, quæ in tertio ſupra eſt ordine collocata, quibus deſcribũt uer bis? GOR. Eam dicunt eſſe, qua dicimur quales, ut à nigre dine nigri. hinc ſub eo aiunt ſituari prædicamento, quæ ad quæſtionem per quale reſponderi cõſuerunt, puta, qualis eſt Ariſtoteles? Recte reſpondebis ſubtilis ſubtilitas igitur quali tas eſt. PRAETEREA QVAE DENOMINAN TIA feruntur, & quæ denominatiua, uti concreta à Grã matico, et abſtracta, quæ plærunq; fœminina do uel à termi nant, et nomina quoq; uerbalia, ſub hoc locantur prædicamẽ to. Cuiuſmodi ſunt uirtus, doctus, doctrina, ſimilis, ſimilitudo et hoc genus alia ſanè pluſcula, quæ ſuis cõtinentur ſpẽbus. ISO. Species qualitatis quot ſunt? GOR. Quattuor. ISO. Quæ prima? GOR. Habitus & diſpoſitio. ISO. Quid ha bitus? GOR. Quæ à ſubiecto, cui ineſt, difficile ſe paratur, ut uirtus, ſcientia. ISO. Quæ diſpoſitio? GOR. Quæ à ſubiecto facile eſt mobilis, ut calor, frigiditas, ægritudo, ſani tas. ISO. Species qualitatis ſecunda? GOR. Naturalis po tentia uel impotentia aliquid faciendi uel non faciendi, ueluti ſanatiuum, ægrotatiuum, durum, molle, curſor, pugil. ISO. tertia ſpecies quæ? GOR. Paſſio & paſſibilis qualitas, quæ ſcilicet in ſenſibus ipſis paſſiones quodãmodo efficiunt, ut dul cedo, amaritudo, nigredo, albedo, quæ tamen uix poſſunt paſ ſiones, ſed paſſibiles qualitates nuncupari, quoniam ipſe à paſ ſionibus, ut plurimum, generantur. puta uel ab æſtu, uel ab ægritudine, uel quouis modo alio, natura cooperãte ipſa. ISO. Quæ eſt quarta, eaq; qualitatis ultima ſpecies? GOR. forma, & ipſa corporis figura, ueluti in corpore curuitas, triangu-

Qualitas

Qualita tis diui ſio.

latio, quadrangulatio, rectitudo, et ſi qua ſunt horum ſimilia. Quo item loco nõ te fugiat, ſi una contrariarum qualitatum; qualis fuerit, qualem pariter eſſe alteram, ut uirtus, uitium; ſcientia, ignorantia hic etiamnum ſcias quæq; ſecũdum qualitates dici ſimilia uel diſſimilia, ut iuſtum ſimilem iuſto, nigrum albo diſſimilem. ISO. perbelle profectò, & acu certe rem tetigiſti, nunc et de relatione quæſo ſermonem auſpicare: quoniam eam quarto ordini aſcripſeris. GOR. Ad aliquid eſt, cuius hoc, quod eſt, alius eſt, ut pater. ISO. cur relationi hoc indidere nominis ad aliquid? GOR. Quoniam nulla ſine intellectu relatio eius ad quod dicitur uel intelligi uel dici uel eſſe poteſt: ueluti filius, ſeruus: quandoquidem dicendo filium, etiam patrem, dicendoq; ſeruũ etiã dominum oportet accipias. hinc relatiuum, quaſi ad aliud relatum: puta filius patris filius, ſeruus dñi ſeruus. Quæcunq; igitur quæ inter ſe neceſſariam quandam habent affinitatem ſub hoc ponuntur prædicamento. Eſt autem neceſſum, ut unum relatiuorum aliud, ad quod refertur, nomine ipſo ſignificet, cum utrunq; alteri ſemper inhæreat. ISOCRATES. Eſt ne canon quo relatiuorum natura facilius à quopiam accipi poſſit? GORGIAS. Eſt quidem: nam relatiua ad conuerſionem (ut ita dixerim) plerunque dicuntur, ut pater filij pater. Itemq; ſunt penè omnia ſimul natura, horumq; uno poſito, ponitur & alterum, peremptoq; uno & altero, creditu ſanè dignum eſt, ſi quod ſignificat, intereat, interemi una, quod ab illo intelligitur. Adeo nimirum alteri unum inhæret, ut ſi quis unum definiuerit relatiuorum, definire ſimulq; poſſit alterum: NEMPE QVOD VNO ALTERO DEFINIATVR. ISOCRA. Opus eſt hac in re (ut mihi uideor) ingenio: quippe quæ pinguem

Relatio

Ad aliquid

Relatiua

(quod aiunt) Mineruam renuat, nec uelit ex quolibet ſibi ligno MERCVRIVM GIGNI, imò Archadicum, qui in prouerbio eſt, iuuenem ſemoueat. GORGIAS. Ex tripode. quoniam philoſophus ille difficillimè fermè cenſuerit, hiſce de rebus ſe confidenter declarare, eas uſu tamen frequenti tractabiles redditum iri. In rem itaq; haud paruum facere, de ſingulis dubitare, id quod etiam apud illos legum authores, adagioni locum dedit. ISOCRA. Propoſitum proſecuturus eia age de actione, quinto prædicamento, ediſſere GORGI. Actio eſt, qua in id, quod ſubijcitur, patiens ſcilicet, agere dicimur, ut legere dicitur aliquis in eo, quo legit, lectio igitur actio eſt, et eſt animæ, eſt et corporis actio illa primo immobiliter, hæc mouendo agit. ISOCRAT. Actio igitur omnis quodammodo in motu eſt? GORGI. Recte nimirum, & è regione quoq;, quod in motu eſt, in actione etiamnum eſt. QVICQVID ENIM MOVETVR uel animo uel corpore ipſum neceſſe ſit agat: ſic proinde actionem in motu, omnéq; in actionem motum firmatum iri adſeruerunt: actionem præterea ſemper in quia agat, uti paſſum exigere, prohibuerunt. ISOCRAT. Actionem quoties uel eſſe uel intelligere quimus? GORGIAS. Generando, corrumpendo, augendo, diminuendo, alterando, localiter mouendo. ISOCRATES. Oratum te uelim, more tuo, regulam præſcribas, qua cognoſcere ſit, quæ ſub hoc locentur prædicamento. GORGIAS. Verba quæ uel apud Grammaticum actiua ferè ſunt uel neutra, & quæ ab his ſunt uerbalia ſub hoc rite collocabis prædicamento. ISO. Non ne hæc qualitatis ſunt? GOR. Vtiq;, abſonum tamen nequaquam tibi uideri debeat, idem in diuerſis offendi prædicamentis, diuerſis ſane re-

Actio

Actionis modi

quitur. ueluti heri fuiſſe, hodie eſſe. quando enim quod aliquando uel in aliquo eſſe tempore, ſignificare contendunt: eiuſq; eſſe prædicandi modum de primis ſubſtantia, in hoc quod i tempore ſit, prædicari. Quare ſub eo contineri prædicamento adjerunt, quæ ſunt temporis notæ quæq;, ueluti eſſe in anno, in menſe, die hora, heri, cras, olim & ſi horum ſunt ſimilia. ISO. Vbi quomodo notificarunt? GOR. eſſe corporis locati circunſcriptionem, à loci circunſcriptione procedentem, ueluti in æde foro, agroq́; eſſe, & in eo aiunt includi prædicamento, quæ quoquo modo locum notant omnia, qualia ſunt quæq; loci aduerbia: atq, ſingula, quæ ad ubi rite, ſicut in quando, quæ ad quando recte, reddũtur. ISO. Situs quid? GOR. Situm & poſitionem in eadem poſuerunt ſignificatione, & quidem ad poſitionem dici quendam partium ſitum, generationisq́; ordinationem, ueluti ſeſſionẽ ſtationem: ſub ea poni, quæ quamlibet corporis ordinationem dicunt. ISO. Prædicamentum ordine ultimum, quod habitũ uocant, quibus conuenit uerbis enotare? GOR. Quod ſit corporum, & quæ circa corpora ſunt, eorum adiacentia: ueluti togatum eſſe. & ſunt ſub eo prædicamento omnia, quæ corpori adiacent, ut tunicatum eſſe, ita ut accidentium inſtar exprimantur, & in ipſa ſanè expreſſione forma quædam ſignificetur. Eſt autem hac in parte haudquaquam ſilentio inuoluendum, habitum niſi in multis, puta duobus, habente uidelicet & habitu, non reperiri. Et hactenus mi Iſocrates de prædicamentis, quæ ſi animo quo dedimus penſiculaberis, uerum fatebere, quod paſſim dici conſueuit, FIDVM DILIGENTEMQVE DOCTOREM PLERVNQVE SVBTILISSIMO, EOQVE OSTENTATORE MVLTO PRAESTARE. Ex his inſuper quæ

Vbi prædicamentum

Situs

Habitus

contulimus, agnoſces & ſæpiculæ paucis multa poſſe conferri. ISO. Ita planè, quod ais. quid modo ultra eam in rem autumas conducturum? GOR. Propoſitionum diſſertationem, quã ſi perplacet, tribus (quod fertur) bolis exequemur. ISO. Quo quid mihi uel gratius uel optabilius? tuum proinde erit, mi Gorgia, deuinctiſſimum deuinciorẽ tibi uel tuo etianum diſpendio facere. GOR. Nec Apollo te uerius dixit. quandoquidem uerbis non eſt conſequi, quantas aliquando in difficillimi operis curſu uel cum damno operantis uires amicitiæ contemplatio afferat. Eſt Edepol mihi, ubi tuam ſpecto beneuolentiam, pronum omne, atq; (ut ita loquar) uoluptuarium; quod in tuæ præſcriptum uel iocunditatis uel utilitatis à me impenditur. Tu igitur quæ dicturus ſum, uel inter cætera ĩ primis omnĩ diſciplinæ profutura, attente ſuſcipito. ISO. Suſcipiam, & quidem gratiſſime.

TERTIVS TOMVS DE PROPOSITIONVM, ET EORVM, QVAE EO ATTINENT, TRACTATV.

GORGIAS. Arbitror, Iſocrates, te adhuc memoria tenere (quoniam ſupra initio dixi) DIALECTICEN ESSE BENE DISSERENDI ET VERA, AC FALSA diiudicandi artem, eamq; diſputatoriam à pleriſq; dictam, quia puram ex ambiguo ſermone ueritatem excutiat eliciatq;. ISO. Teneo equidem, ſed quem in modum id fiat ipſum paucis te uelim repetiturum. GOR. Diximus ſanè argumentis, quæ docet Dialectica ambigua aperiri, perplexa diſcerni, de falſis deq; ueris iudicari, & quæ uelis colligi ac reſolui. cæterum argumenta

Dialectices definitio

SYLLOGISMIS, ET HOSCE PROPOSITIONIBVS, ET HAS ORATIONE, HANC DEMVM TERMINIS CONSTARE. ISOC. *Sunt nimirum hæc omnia à te dicta, & quidem, quid terminorum appellatione ueniat in ſuperioribus non obſcure aperuiſti: modo peruelim ſcire, quid hoc ſibi loco terminus uelit.* GOR. TERMINO NOMEN ET VERBVM *continere puto, quibus omnis oratio apud Dialecticos inſtruitur qua tandem propoſitionem cciri per ſpectum eſt.* ISO. *Perge igitur ordine ea mihi, & hoc genus alia ſuccinctim explicare.* GOR. *faciam, & à principijs primum ordiar, inter quæ nomen primas meretur.* ISO. *Quid igitur nomen?* GOR. NOMEN DEFINIVERVNT *eſſe uocem ſecundum placitum ſignificatiuam, ſine tempore, cuius partes extra ſeperatæ nihil ſignificent, ut Dinocrates.* ISOC. *Quam ſignificare uocem ad placitum dicis?* GOR. *Res ita habet, earum, quæ ab ore hominis ueniunt, uocum aliqua naturaliter, quæ uel dolores uel gaudia aliosq; animi affectus ubiq; locorum, natura ſuggerente, notat, aliqua non naturaliter. / ſecundum placitum, & ſecundum inſtituentis poſitionē ſignificat.* QVANDOQVIDEM *ſecundum poſitionem uoces ſunt, quas ſibi ipſis homines poſuere: puta cum qui ſpiam, qui primus nomina rebus indidit, dixit, hæc ſubſtantia dicatur aurum, hæc lapis, hæc aqua, & alia in hunc modum paria. eiuſmodi proinde uoces ſecundum poſitionem & primam inſtituentium uoluntatem ſignificant.* ISO. *Num nominis partes extra ſeparatæ nihil ſignificant?* GOR. *Nihil.* ISO. *Non ne quid equi, & ferus eius, quod eſt equiferus, nominis?* GOR. *In nominibus quidem ſimplicibus uti decus, pars aliqua diſcreta ab altera nullo planè modo ſignifi*

Argumēta ex quibus conſtant

Quid terminus

Quid Nomen

Voces aliæ naturaliter aliæ ad placitum ſignificant

Simplex nomen et compoſitum

catiua eſt. pars uero compoſitorum ſemota, ut equiferus, ge-
ſtit quidem (ut ita dicam) aliquid ſignificare, ſed prorſus ni-
hil ſignificat, ut in eo, quod eſt equiferus, ferus. Si enim hoc
ipſum ferus, ut pars nominis dicatur, dimidium nomen eius
dicitur, quod eſt equiferus: dimidium autem nomen nihil ſi-
gnificare certius eſt certo, id nanq; quod ferus dicitur, cũ alia
nominis parte, quæ eſt equi, unum ſignificat, ſeparatum aũt
extra nihil eiuſmodi repræſentat. I S O. Non aliud ad nomi-
minis eſt naturã neceſſariũ? GOR. VT IPSVM NON

Nomen infinitũ

SIT INFINITVM, non homo, nec obliquum, ut ho-
minis: quoniam quod eiuſmodi ſit, nihil poſſit nec ueri nec
falſi commonſtrare, quoniam neq; certi neq; ſubſtantiæ abſolu
tæ, ſed inſtar depẽdentis ſignificet. QVANQVAM HVIC
DICTO LOCVM NEQVAQVAM ESSE
PVTEM, IN OBLIQVIS, QVI VERBIS
tertiæ queunt adiungi perſonæ, ut te pœnitet, intereſt homi-
nis deum ante omnia uenerari. Id quod ille in ſuis in Diale-
cticen Iſagogis libro earundem primo neotericis reluctanti-
bus, nõ ignauiter eſt executus. I S O. Adamuſſim quæq;, ad
uerbũ modo tranſeas, quidq́; hoc ſit ipſum doceas. GOR. ET

Verbi definitio

VERBVM PARITER DEFINIVNT VOCEM
ESSE FINITAM & rectam, cum tempore ſecundum
placitum ſignificatiuam, eiusq́; partes ſeorſum diſcretas ni-
hil prorſus ſignificare, ut diſputo. I S O. Rectam quare di-
cunt? G O R. obliqua, ut ſunt diſputabat, diſputauit, & hu-
iuſmodi alia ſecluderent: quoniam ab his, ſolum quod præſen
tis eſt temporis indicandiq́; modi, uerbum recipitur. I S O.
Quamobrem? G O R. Quoniam id uel ſolum habeatur, quod
primo & per ſe, non etiam alterius adminiculo uel uere uel
falſe prædicari poſſit: quo plane enunciationi de qua Diale-

lectic9 agit, opus eſt. ISO. *an alijs nomen & uerbum nominibus à Dialectico uocentur?* GOR. *Quid ni?* ISO. *Quibus?* GOR. *Nomen, quod ante uerbum ponitur, & ſubiectum, & uerbum ubi ipſum in participium ſuum & uerbum ſubſtantium ſum reſoluendum ſit, prædicatum rite nuncuparunt.* ISO. *Curita?* GOR. *Quoniam ſubiectum ſit, cui aliquid inſit, & prædicatum, quod alteri, puta ſubiecto, aut ineſt aut inhæret, dicatur. & re quidem uera,* VERBVM NANQVE SEMPER EORVM, QVAE DE ALTERO DICVNTVR, EST NOTA.

Subiectum

Prædicatum

ISO. *Quotiphariam hoc fertur loco quid, puta prædicatum, alicui ineſſe, deq́; altero prædicari?* GOR. *Bipharià,* VEL ENIM INEST VTI SVBSTANTIALE VT *homo eſt aïal,* VEL VT ACCIDENS VT HOMO *eſt albus hic. n. albus, qa de ſubiecto homo, cui albedo ineſt, prædicatur, prædicatũ non ineptiter appellari cœptum eſt.* ISO. *Qui uerbum eſt eorum quæ dicitur nota?* GOR. *Reſolutione ad ipſum emicat.* ISO. *Quemadmodum reſoluendum eſt?* GOR. *In participium & copulam, quæ uerba profectò quæq; continent, eoq́; à pluſculis uerbum ſum radix uerborum dici cœpit: quoniam quibuſq; reſoluendo uerbis ſubſtet, ut philoſophus diſputat .i. philoſophus eſt diſputans. ecce hic diſputatio ineſſe innuitur philoſopho, proinde non inſulſe ab eo demum in concreto prædicari contenderunt: quo facto quod dictum eſt, uerbum eſſe eorum, quæ de altero dicuntur nota, accipi poteſt. Siquidem ſemper uerbo notentur accidentia, quæ (ceu ſupra retulimus) quia ſemper inſunt, ſemper neceſſe ſit, de altero prædicentur: cuius enim rei quælibet res nota eſt, hanc ipſa, quæ nota eſt, deſignat.* ISO. *Dialecticus igitur ſolas nomen & uerbũ partes orationis recenſet?* GOR.

Prædicatum uel ineſt uel de altero prædicatur

Non plures. ISO. Quare? GOR. Quoniam hæ ſolæ etiam per ſe coniunctæ plenam faciunt orationem, qua demum uera uel falſa enunciatio, quam aliquoties propoſitionem nominitant, conſtitui poſſit. ISO. Quid eſt oratio? GOR. VOX AD PLACITVM SIGNIFICATIVA, CVIVS PARTES QVIDEM SEPARATAE EXTRA quid ſignificant, ut homo eſt animal. ISO. Oratio quomodo ſcinditur? GOR. IN PERFECTAM, & eſt, quæ in animo auditoris ſenſum gignit perfectum, ut phyloſophus diſputat, IN IMPERFECTAM, quæ prolata haud dum auditoris animus quieſcens aliud deſiderat ut homo albus. ISO. Perfectæ orationis quot ſunt ſpẽs? GOR. INDICATIVA, ut homo currit, IMPERATIVA, deũ cole, OPERATIVA, o ſi doctus eſſem. SVBIVNCTIVA, ſi nauis ex Aſia uenerit, hæres eſto, DEPRAECATIVA, Ieſu noſtri omnium miſerere. ISO. Vtram Dialecticus accepiat? GOR. Perfectam duntaxat. ISO. Quamlibet? GOR. Minime, ſolam nanq; indicatiuam: quã etiam multi præſentis eſſe temporis debere contendunt. quibus planè non undequaq; aſſentior, quãdo in contrarium doctiſſimos quoſq; ire uiderim, ueluti in Iſagogis proditum eſt. ISO. Qua, quæſo, ratione indicatiuam illi ſolam orationem recipiunt. GOR. Cũ.n. Dialectici ueri falſiq; ĩdagatores ſint, quæ uel in eſſe uel nõ eſſe conſiſtunt. nulla uero oratio rẽ uel eſſe uel non eſſe notet, niſi indicatiua ſola, hæc ergo ſola eſt, qua plena & perfecta uerborũ ſententia eueniat, & quæ demum una propoſitionem, qua omnis inſtruitur ſylogiſmus, ueritatis & falſitatis arbitra conſtituit. ISO. PROPOSITIONEM quæ in uerba definiunt? GOR. ORATIONEM uerum aut falſum eſſe plenè ſignificantem, ut

Marginalia: Quid oratio — Oratio perfecta — Oratio imperfecta — Iſagogæ Nauſeæ in Dialecticen — Quid propoſitio

deus eſt ſummũ bonum. ISO. *Quæ alia ſint propoſitionis nomina?* GOR. ENVNCIATIO, PRONVNCIATVM, PROLOQVIVM ἀξίωμα .ISO. QVID EST SIGNIFICARE VERVM. GOR. *Rẽ ita ſignificare eſſe, ut eſt, uel ita non eſſe, ut non eſt, ut deus eſt omnipotens, homo non eſt lapis.* ISO. *Quid ſignificare falſum?* GOR. *Significare rem ita eſſe, ut non eſt, uel ita non eſſe, ut eſt, ut homo eſt lapis, deus non eſt omnipotens. quo fit, ut omnis ſit propoſitio uel affirmatiua uel negatiua, quoniã omne, quod loquimur, ſit ut id aut eſſe dicamus, aut nõ eſſe.* ISO. QVAE EST AFFIRMATIVA? G. *Cuius prædicatũ de ſubiecto affirmatur, ut deus ẽ iuſtus.* ISO. QVAE NEGATIVA? GO. CVIVS PRAEDICATVM A SVBIECTO HVIC INESSE *negatur, ut deus nõ eſt iniquus* ISO. *Quæ eſt oĩs propoſitio?* GO. *Aut Cathegorica, aut hypotetica.* ISO. QVAE EST CATHEGORICA? GOR. *Quæ & ſubiectũ, & copula interueniente .ſ. uerbo ſubſtantiuo prædicatum habet, ut deus eſt bonus, de qua hucuſq;. hanc enim quia in ea quid ſimpliciter dicitur ſuſcipiunt Dialectici, iudicantes uerũ ne ſit an falſum, quid in ea enunciatur.* ISO. *Hypotetícam ſuo ſeruaturus loco, primum quæro quanta ſit quæq; propoſitio cathegorica?* GOR. *Vel uniuerſalis uel particularis uel ĩdefinita uel ſingularis* ISO *Ex ordine te uelim ſingulas definiturum* GOR. VNIVERSALIS *eſt propoſitio, ante cuius ſubiectum, qđ eſt terminus cõmunis, ſignum ponitur uniuerſale, ut omnis, quilibet, quicunq;, nemo, nullus, et ſimilia, quæ prædicatum uniuerſis ſubiecti indiuiduis ineſſe ſignificant, ut omnis homo eſt animal.* ISO. QVAE PARTICVLARIS? GOR. ANTE CVIVS SVBIECTVM *particulare collo-*

Significare uerum

Quid propoſitio affirmatiua

Quid propoſitio negatiua

Propoſitio Cathegorica

Vniuerſalis propoſitio


Particularis propoſitio

Particularis propoſitio — catur ſignum, ut quidam, aliquis, quiſpiã, hæc prædicatum ſubiecto incerto quodam indiuiduo ineſſe ſignificant, ut quidam homo eſt ingratus. ISO. INDEFINITA? GOR. Indefinita propoſitio — ANTE CVIVS ſubiectum non ponitur ſignum aliquod, ideo ipſum indefinite cuilibet poteſt conuenire prædicatum, cui uidelicet applicare uelis, ut homo currit. ISO. SINGVLARIS? GOR, Singularis propoſitio — Cuius ſubiectum eſt nomen proprium indiuiduum. i. ſine ſigno aliquo, ut Cicero eſt orator maximus. ISOCR. habent ne dialectici ſingula ad ſingulas propoſitiones, quantum ad ſubſtantiam, qualitatem, quantitatem interrogatiua? GORGI. Vtiq;. ISOC. quæ ſunt? GORGI. Rei ſummam hoc peruagato uerſiculo habes. QVAE CA. VEL IP. QVALIS NE. VEL AF. V, QVANTA. PAR IN SIN. Contrariæ propoſitiones. — ISO. Sæpenumero me audire memini, propoſitiones inter ſe opponi, ſcire uelim, quem in modum mutuo aduerſarentur? GORG. CONTRARIAE SVNT, VNIVERSALIS AFFIRMATIVA ET NEGATIVA, QVARVM EST NATVRA, VT nunquam ſimul ſint ueræ, SED FALSAE VTIQVE, ſi fuerint accidentales, ut omnis homo eſt albus, nullus homo eſt albus. Hinc & Iuriſconſulti quoq; perhibuerunt, duas orationes ripugnantia continentes ſimul falſas eſſe, ueluti, Si qui liberorum partim puberes, partim impuberes deceſſerint. Nam & hoc falſum quidem fore. Omnes impuberes deceſſiſſe, & illud, Omnes puberes deceſſiſſe. Id ſane accidere, quoniam ſignificatio ex uniuerſo ſumatur, in quo ſi aliquid falſum ſit totam efficere enunciationem falſam. SVBCONTRARIAE SVNT, Subcontrariæ — particularis affirmatiua & negatiua: quæ nimirum, ſi ſint ſubſtantiales, nunquam ſimul

eſſe poſſunt ueræ uel falſæ, ut qdā homo ē aial, qdā homo nō eſt aial. SVBALTERNAE SVNT Vniuerſalis affirmatiua, & particularis affirmatiua, & uniuerſalis et particularis negatiua. earū ē natura, ſi uniuerſalis ſit uera, et particularis non econtrario. QVANDOQVIDEM AD VERITATEM uel Vniuerſalis falſitatem requiritur uel ueritas uel falſitas omnium particularium. CONTRADICTORIAE dicuntur Vniuerſalis affirmatiua, & particularis negatiua, & uniuerſalis negatiua & particularis affirmatiua, quas ſimul uel ueras uel falſas eſſe nunquam poſſe nemini non perſpectum crediderim. Cuius ſanè rei totius hunc tibi typum perinde ATQVE OCVLATVM TESTEM, CVI QVAM AVRITO CREDENDVM MALVNT, SVBIICERE placuit.

propoſitiones Subalternæ propoſitiones.

Contradictoriæ propoſitiones



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ISOCRATES POSSVNT'NE ENVNCIATIONES *oppoſitæ aliquo modo concordes reddi?* GOR. *Poſſunt ſane.* ISO. *Cuius uirtute?* GOR. *Negationis: nempe, quæ alteratri enunciationum uel præpoſita uel poſt poſita alteram ſibi facit comparem, quam quidem ad eum modum concordiam* IPSI EQVIPOLLENTIAM DICVNT. ISO. *Sunt ne canones aliquot, quibus res apertius & facilius ſciri poſſit?* GOR. *Tribus equidem regulis rem habebis.* ISO. *Prima?* GOR. *Signo uel uniuerſali uel particulari negatio præpoſita concordes efficit contradictorias, æquipollent enim hæ, non omnis homo legit, quidam homo non legit.* ISOC. *Secunda?* GOR. *Negatio poſt poſita ſigno uniuerſali, & quidem inter ſubiectum & copulã, concordat contrarias, Vt oĩs homo non eſt aïal, nullus homo eſt aïal, uel nullus hõ nõ currit, oĩs homo currit.* ISO. *Tertia?* GOR. *Signo uniuerſali uel particulari præpoſita & poſtpoſita negatio, ſubalternas concordat, ut non omnis homo non currit, quidam homo currit. Non quidem homo non currit, omnis homo currit. Et hoc plane modo facillime eſt cuiuſq; enunciationis & ueritatem & falſitatem dignoſcere.* ISO. *Quid ad hæc reſtat?* GOR. *Supereſt, ut de propoſitionibus hypoteticis aliquid adiungatur. Quandoquidem de propoſitionibus, in quibus aliquid ſimpliciter dicitur diximus, modo conſequens eſt, ut de his ſermo fiat, in quibus aliquid coniuncte effertur. Vbi dialetici iudicent, recte ne adiuncta ſint, & uera ne ſumma ſit uniſcuiuſq; orationis, & ad extremum ipſi ſe compungunt ſuis acuminibus, & multa quærendo reperiunt, non modo ea, quæ iam non poſſint ipſi diſſoluere, ſed etiam quibus ante exorſa & potius detexta proprie retexantur.* ISOCRATES. *Et hoc ipſum in*

Negatio

Aequipollẽtia

Hypoteticæ propoſitiões

Hypoteticis fieri cenſes? GORGI. Cenſuerim. ISO. Quid eſt propoſitio hypotetica? GORGI. HYPOTETICA PROPOSITIO, QVAM LATINIORES ADIVNCTVM VEL CONNEXVM PRONVNCIATVM DICVNT, eſt qua propoſitiones cathegoricæ, perinde atque partes principales coniunctione quadam coniunguntur, ut ſi homo currit, homo mouetur, ſic appellata quaſi ſuppoſitio, quia in ea una pars alteri ſupponitur. hypos enim ſub, et theſis poſitionem interpretantur. ISO. EIVS QVOT SVNT SPECIES? GOR. Tres. ISO. Prima? GOR. CONDITIONALIS CONTINVATIVA'VE, et eſt, in qua propoſitiones cathegoricæ coniunctione ſe copulantur, cuiuſmodi eſt. ſi Plato ambulat, Plato mouetur, ſi dies eſt, ſol ſuper terram eſt, ſi ſtertit, dormit. ſi ægrotat, pallet, ſi febricitat, callet. ISO. Eius qualis eſt natura? GOR. VT ANTECEDENS NON POSSIT ESSE VERVM SINE CONSEQVENTE. AD CVIVS SANE FALSITATEM ſat eſt, antecedens ſine conſequente eſſe poſſe, ut ſi Ariſtoteles eſt homo, philoſophus diſputat. in ea enim ordinatio & natura rerum cum dubitatione aliqua eſſentiæ rei ſignificatur, & quidem duntaxat præcedentis rei ad ſequentem ordo, non enim ſequitur neceſſario ordine conuerſo, ſi calet, febricitat, ſi dormit, ſtertit, ſi mouetur currit. ISO. Secunda ſpēs quæ eſt? GOR. Quam latini CONIVNCTVM VEL COPVLATVM DICVNT, ALII HYPOTETICAM COPVLATIVAM. & eſt in qua cathegoricæ copulatiua coniunctione ueluti & uel q; coniunguntur, qualis eſt P. Scipio Pauli filius & bis conſul fuit & triumphauit &. cenſura functus

Hypotetica propoſitio aliàs adiūctū uel connexū pronunciatum

Prima connexi pronunciati ſpecies conditionalis alias continuatiua

Secunda ſpēs Hypoteticæ Cōiūctū copulatū aliàs Hypotetica copulatiua

eſt, & collega in cenſura. L. Mumij fuit. EIVS EST NATVRA, VT SI IN EA Vnum ſit mendacium, etiam ſi cætera uera ſint, totum eſſe mendacium dicetur. Nam ſi ad ea omnia, quæ de Scipione illo uera dixi addidero, & Annibalem in Africa ſuperauit, quod eſt falſum, uniuerſa quoq; illa, quæ coniunctè dicta ſunt, propter hoc unum, quod falſum acceſſerit, quia ſimul dicentur, uera non erunt. Quoniã paſſim apud Dialecticos uerbum increbuerit, AD VERITATEM COPVLATIVAE OMNIVM IN EA PARTIVM VERITAS EXIGITVR id quod & uiris ſapientibus receptum eſt: quorum reſponſis conſtat. Si hæredi plures conditiones coniunctim datæ ſint omnibus parendum eſſe, quia unius loco habentur. præterea et hoc quidem caſu ſi quis ita ſtipulatus fuerit, decem aureos da bis, ſi nauis ex Aſia uenerit, & Titius conſul factus fuerit. Non utiq; alias dabitur, q̃ ſi utrunq; ſit factũ. ID QVOD ET IN NEGATIVIS locum habet puta, decem dare ſpondes? ſi nec nauis ex Aſia Venerit, nec Titius conſul factus erit. exigendum erit enim, ut neutrum ſit factum. Idẽq; quoq; eſt, cum propoſitis ſpecialiter pluribus rebus, quas fieri uolumus, ita ſtipulamur. Si quid eorum factum nõ erit, ueluti Stichaum & Damam & Herotem Siſti, Si quis eorũ non ſiſterit decem dari, neceſſe eſt omnes eſſe ſiſtendos, ut ſtipulationi ſatisfiat. ISO. Tertia ſpecies quæ? GOR. HYPOTETICA DISIVNCTIVA, QVAM LATINIORES DISIVNCTVM PROLOQVIVM. VOCANT. ET eſt in qua cathegoricæ propoſitiones diſiunctiua coniunctione, uti uel & aut, copulantur: ut aut de us eſt iuſtus, aut homo eſt aſinus, aut malum eſt uoluptas aut bonum. ISO. Qualis eſt eius natura? GOR. OMNIA

In Hypotetica copulatiua oĩm partium ueritatis requiritur

Tertia ſpẽs Hypoteticæ

Diſiunctiua hypotetica aliĳ Diſiũctum prologũ

QVAE DISIVNGVNTVR, PVGNANTIA INTER SE ESSE OPPORTET, eorumq́; oppoſita, ea quoq; ipſa inter ſeſe aduerſa eſſe. EX OMNIBVS, QVAE diſiunguntur, unum eſſe uerũ debet, cætera falſa. quod ſi autem nihil omnium uerum aut omnia planè quàm unum uera ſunt: aut quæ diſiuncta ſunt, non pugnabunt: aut quæ oppoſita eorum ſunt, contraria inter ſe non erunt, tunc id diſiunctum mendacium eſt, & appellatur uitioſum disiunctum. ſicut hoc eſt, in quo, quæ oppoſita ſunt, nõ ſunt contraria, aut curris aut ambulas aut ſtas. nã ipſa qdẽ inter ſe aduerſa ſunt, ſed oppoſita eorũ inter ſe nõ repugnãt. nó ambulare .n. et nõ ſtare et nõ currere cõtraria inter ſeſe nõ ſunt. ISO. Quare? GOR. QVONIAM CONTRARIA EA DICVNTVR QVAE SIMVL VERA ESSE NON QVEVNT. poſſis enim ſimul eodemq́; tempore neq; ambulare neq; ſtare neq; currere. SVNT ET HAEC PARITER DOGMATA iuriſconſultis non ignota, apud quos receptum legimus, parendum cuilibet conditionum, ſi diſiunctim ſint, nempe quod ſufficiat unum ex his facere. dabis decem ſi nauis ex Aſia uenerit, aut Stichus conſul factus ſit. QVOD ET NEGATIVE PAR EST, dabis ſi nauis ex Aſia non uenerit, aut Titius conſul factus non ſit. ſufficit.n. unum nõ eſſe factum. ſi enim, cum ex duabus cõditionibus altera defecerit, neceſſe eſt, ut ea quæ extiterit, ſtipulationem cõmittat. Plurimum tamen referre arbitrantur, utrum ita concipias ſtipulationem. Si illud aut illud factum non erit. An in hunc modum, Si quid eorum factum non erit, quæ ut fierent comprehenſa ſunt. Hoc quidem intereſt. Quod quamuis altero facto, uerum ſit, hoc aut illud uere factum eſſe, non proinde

Oppoſita uocant.

Oppoſita

Contraria quæ ſint.

qui uitam penè in Dialecticis *conſumpſerunt, iam demum ſenio adfecti elementa eorundem neſciant, nec quæ ad ueram ſolidamq; attinent logicen, calleant ab his itaq; alieni reliqua more noſtro proſequamur.* ISO. *Quid ſupeſt?* GOR. *Enarratis quidem, ſine quibus grandibus eſſe locus nequit, nunc ad grandia ipſa perueniamus, collectis in ædiũ ſtructuram partibus, ideo ipſas cõſtruere accedamus.* ISO. *Grandia & parua quæ dicis, & quæ ædes?* GOR. *Exigua ſanè uidentur termini, orationes, propoſitiones, citra quæ perinde atq; partes tum magna ideſt argumenta æq; ac ædes magnificæ conſtitui haudquaq; poſſunt.* ISO. *De argumentis igitur nobis diſſeres?* GOR. *De ipſis, deq; ipſorum generibus breuiter ſum dicturus. Quibus demũ animaduerſis, non eſt, qui te* Dialeticum *& ſtrenuum* Veritatis *indagatorem affirmare poſſis, nam argumentis hæc ipſa elicitur. in his uero* Dialecticæ *tota eſt, quam ſupra ueri & falſi quaſi deſceptatricem et iudicem eſſe diximus. hinc ſummum, quid poſſis in ea inuenire, eſt argumentorũ ratio atq; modus. te proinde oratũ uelim, rei ſummam & cardinẽ attentius audias.* ISO. Non *eſt quid moneas: cum ex animo tibi ſim auditurus, modo (ut alias es ſolitus) quid argumentum ſit definias.* GOR. *Argumentum* DEFINIO ESSE RATIONEM, QVAE REI DVBIAE FACIAT FIDEM. *rem aũt dubiam dico quamlibet propoſitionẽ, ſiue ea ſit pronunciatiue, ſiue interrogatiue prolata, quæ alioqui quæſtio dici ſolet, quoniam in ſe ſemper cõtradictionẽ, puta uel affirmationem uel negationẽ cõtineat: ideo ſemper ex altera parte ẽ defenſio, ita ut unus qdẽ affirmationis, alter negationis partẽ defendat, ut an hõ ſit aĩal?* Ad *hanc igitur probationẽ fide firmandã argumẽtationis* Virtute *opus eſt, ut ſinguli ſingu-*

Argumentorũ utilitas

Argumẽti definitio

Quæſtio

las uel negationis uel affirmationis partes tueantur. Eſt autem, quam dedimus, argumenti definitio, quibuſq; ipſius argumenti ſpeciebus accommodata: quippe quod in omnibus et ſingulis oratio ſit, quæ per ea, quæ certa ſunt, incertis fidem non dubiam affert: quod non incerta incertis declarentur.

ISOCRATES. *Quot & quæ ſunt argumentorum ſpecies?* GORGI. *Quatuor pleroſq; ferè omnes recenſere animaduerto. ſillogiſmum ſcilicet inductionem, enthymema, exemplum.* ISO. *Quid eſt Syllogiſmus?* GORG. TIO, IN QVA CONSENSIS QVIBVSDAM ET CONCESSIS, ALIVD QVICQVAM PER EA, QVAE CONCESSAE SVNT, NECESSARIO CONFICITVR. ISO. *Syllogiſmus quotifariã, diuiditur.* GOR. *Hoc ſane loco biphariam, in cathegoricum & hypoteticum.* ISO. *hypoteticus cuiuſmodi eſt?* GOR. ORATIO, QVA MODO PROBAMVS, SI HOC EST, ILLVD SIT, *modo ſi illud nõ ſit, neq; hoc, argumentãdo uidelicet de antecedente, ad cõſequẽs, & e contrario negatiue et affirmatiue, iuxta rei propoſitæ rationẽ, in qua magnope eorũ eſt habẽda ratio, quæ in ibi uel diſiunctim uel diſiunctim dicta ſunt, an neceſſario aut minus ſubſequenter ueluti antea reddidimus.* ISOC. *Syllogiſmi cathegorici qualis eſt definitio?* GO. *Qualem pauloante diximus, uerbi gratia, ſit qæc quæſtio. an oĩs homo ſit ſenſibilis cui dabitur ex hoc ſyllogiſmo fides, omne animal eſt ſenſibile, omnis homo eſt animal, omnis igitur homo ſenſibilis eſt.* VIDES IGITVR *duabus propoſitionibus,* QVA PRIMA VVLGO *maior uel ſimpliciter propoſitio, ſecunda uero minor, uel (ut latini loquntur) aſſumptio dicitur, perinde atq; ueris atq; conceſſis aliud, quod eſt tertia propoſitio*

Quatuor argumẽtorũ ſpecies
Syllogiſmus
Inductio
Enthymema
Exẽplũ
Quid Syllogiſmus
Syllogiſmus hypoteticus
Maior propoſitio
Minor propoſitio alias. aſſũptio

ſitio, uidelicet cõcluſio, QVAE ANTE QVAESTIO DICTA FVIT, neceſſario eſſe ſecutum. VBI ET IN ALIIS SYLLOGISMIS quibuſq; eſt tibi ſciendum in omni SYLLOGISMO CATHEGORICO TRES VNA CVM COPVLA poni terminos, & eũ qui BIS NOMINATVR ANTE CONCLVSIONEM DICI MEDIVM, eumq́; qui cum medio in maiori propoſitione ponitur, maiorem extremitatẽ, qui uero in minore propoſitione una cum medio ponitur, minorem nuncupari extremitatẽ. iuxta quorum formam ſuam quiſq; ſeriem ſyllogiſmus obtinet. ISO. EST NE CERTA SYLLOGISMORVM FORMVLA? GO. Vtiq; eſt enim definita eos diſponendi ratio & quaſi uia incipientibus plana, & cũ ad ingrediendũ, tum ad demonſtrãdũ expedita, qua perrecturus mox cũ robore diſcendi tibi creſcet eruditio. Hanc etenim tibi uiam præſcripturus naturam plane ducem in omnibus ſequar. NATVRA SIQVIDEM COMPARATVM EST, VT opera extruẽtibus ſatis non eſt ſaxa atq; maceriẽ, cæteraq; ædificanti proficua congerere, niſi diſponendis eis, collocandiſq́; artificum manus adhibeatur, ſic & hac ſane parte non ſuffecerit uel abundare terminorum, orationum, propoſitionumq; ad ſyllogiſmos conficiundos neceſſariarum cognitione, niſi quis illas quadam ratione in ſeriem digeſtas, atq; inter ſe cõmiſſas deuinciat, ut ſua quæq; ſuis conſtent locis: ne in naturam ipſam alioqui peccandum ſit, ſi ordo tranſcatur, QVO CONFVSO PERITVRA SINT OMNIA: quãdoquidem, neq, & ſi fuſis omnibus membris, ſtatua ſit, niſi collocetur. id quod uel in noſtris aliorumq́; animaliũ corporibus colligere eſt, in quibus uel partem unam ſi aut permutes, aut

Medius terminus

Maior extremitas

Minor extremitas.

Ordo eſt ſeruãdus

Comparatio

tranſferas, licet habeat omnia eadem, prodigium ſit tamen: & artus quoq; leuiter loco moti amittunt, quo uiguerunt, uſum, & uenuſtatem omnem exuunt: quod etiam in exercitibus uideri ſolet, qui turbati ſibi præpedimento ſunt ſic ſyllogiſmorum uirtus hac digerie carens tumultuetur neceſſum ſit perindeq; ſine rectore CYMBA FLVITET NVTETQVE, *quapropter totus hic ſermo noſter ſyllogiſmorũ formulis inſeruiet.* ISO. *Quibus ergo ſyllogiſmi regulãtur?* GOR. *figuris & modis.* ISO. *Quot figuris?* GOR. *Tribus utplurimum, & ſingulæ ſuis certo numero modis.* ISO. *Quid eſt figura?* GOR ARTIFICIOSA TRIVM TERMINORVM IN SYLLOGISMO SECVNDVM SVBIECTIONEM ET PRAEDICATIONEM COLLOCATIO, *uelut in quaq; figurarum uidere erit.* ISO. *Quid eſt modus?* GOR. DVARVM IN SYLLOGISMO PROPOSITIONVM IN SOLITA QVALITATE ET QVANTITATE COLLOCATIO. *modo enim ſi illarum una ſit negatiua, reliqua erit affirmatiua, modo econtrario. modo quoq; ſi una fuerit particularis, altera erit uniuerſalis, modo talis utraq;, in una uel quantitate uel qualitate, quod ſine rancidis locutuleiorum regulis eſt cognoſcere, cum uniuſcuiuſq; figuræ & modi definitionem audies.* ISOC. *Qualis eſt prima figura?* GOR. IN QVA MEDIVM IN PROPOSITIONE SVBIECTVM, IN ASSVMPTIONE PRAEDICATVM EST. ISO. *Qui eius, & quot ſunt modi?* GOR. *Nouem.* ISO. *Quæ eſt illorum natura?* GOR. *Vt quatuor* BARBARA SCILICET CELARENT, DARII, FERIO *directe concludant, quinq;*

Figuræ definitio

Quid modus.

Qualis prima figura.

uero reliqui, qui ſunt BARALIPTON, CELANTES DABITIS, FAPESMO, FRISESMORVM, indirectas faciant concluſiones. Pro quorum ſane & aliarum quoq; figurarum modorum nolim te fugiat, in ſingulis omnino modis reperiri uocales, uel ſingulas uel aliquas, a, uidelicet, e, i, o, quibus & propoſitionum quantitas & qualitas notatur. ISO. Hoc qui fiat ſcire geſtio? GOR. A in qua ponitur ſyllaba, uult ibi locandam eſſe propoſitionẽ uniuerſalem affirmatiuã, E Vniuerſalem negatiuam, I particularem affirmatiuam, O particularem negatiuam. ISO. Concludere uero directe uel indirecte quid eſt? GOR. DIRECTE CONCLVDERE EST MAIOREM EXTREMITATEM IN CONCLVSIONE DE MINORE EXTREMITATE PRAEDICARI INDIRECTE AVTEM ECONTRARIO DEFINIES. & ſcias omnes figurarum modos preter quinq; ſupremas primæ figuræ directas inferre concluſiones. ISO. Quæ eſt ſecunda figura? GOR. IN QVA IN VTRAQVE PROPOSITIONVM MEDIVM PRAEDICATVR. ISO. Quot ſunt ipſius modi & qui? GOR. Quatuor Cæſare. Cameſtres: feſtino, Baroco. ISO. Quæ eſt tertia figura? GOR. IN QVA MEDIVM IN VTRAQVE PROPOSITIONVM SVBIICITVR. ISO. Quot & qui ſunt huius modi? GOR. Sex, Darapti, Felapton, Diſamis, Datiſi, Bocardo, Feriſon. Quanq̃ ſint, qui unam duntaxat figuram ſcilicet primam, primoſq; illius quatuor modos approbent. & hec hactenus de ſyllogiſmo prima argumentationis ſpẽ. ISO. Secunda ſpecies quæ eſt? GOR. ἐνθυμημα Enthimema quam alij contrarium, alij rhetori

Directe concludere

Indirecte concludere

Secunda figura

Tertia figura

Secunda argumentorũ ſpẽs Enthymema

cum, alij imperfectum nominatur ſyllogiſmum, quia nec diſtinctis, nec totidem partibus concluderetur, quod ſane non

Enthymematis deſcriptio

utiq; ab oratore deſideratur. ISO. Quomodo deſcribitur enthymema? GOR. VT SIT ORATIO, IN QVA NON OMNIBVS ANTEA PROPOSITIONIBVS CONSTITVTIS INFERTVR feſtinata concluſio, ut ſi quis ita argumentetur, homo eſt animal, igitur homo eſt ſubſtantia, nimirũ ſilentio prӕterijt alteram propoſitionem, quӕ fuiſſet aſſumendum, omne animal eſt ſubſtantia, cuiuſmodi etiam illud eſt Romani oratoris. Antonius de Caio Cӕſare hoſte nihil ad Senatum retulit. Antonius ergo ſeipſum hoſtem iudicat. Quid enim eſt aliud de eo referre nõ audere, qui contra ſe cõſulem exercitum duceret, niſi ſeipſum hoſtem iudicare? Neceſſe enim erat alterũ eſſe hoſtem, nec poterat aliter de aduerſarijs ducibus iudicari. Si igitur. C. Cӕſar hoſtis, Cur conſul nihil refert ad Senatũ? Vides proinde enthymema ab uniuerſalibus ad particularia probanda contendere, in eoq; ſe ſyllogiſmo confirmari: nõ autem omnibus (quod eſt cuiuſq; ſyllogiſmi) uti propoſitionibus a ſyllogiſmi ratione diſcedere, ideoq; imperfectum a multis ſyllogiſmum uocari, et perinde atq; detruncatum ex prӕcognito prӕcedentem: cum contineat rationem duntaxat, & propoſitionem. ISO. Quӕ

Inductio

eſt tertia ſpecies? GOR. Inductio quӕ a paragoge. ISOC. Quid eſt inductio? GOR. Oratio, qua fit a particularibus ad uniuerſalia progreſſio, ut nauta non ſorte, ſed arte eligitur, auriga non ſorte ſed arte eligitur, magiſter non ſorte ſed arte eligitur: ergo quicunq; rector non ſorte ſed arte eſt eligendus. & fit plerunq; (uti ea Socrates uſus eſt) ubi quis plura interrogat, quӕ fateri ab aduerſario neceſſum ſit, nouiſſime, id quod quӕſiuit, infert, ut ſimile concedat, utpote interroget

quiſpiā. Quod eſt pomum nobiliſſimū, non ne quod optimū? cōcedatur. quis equus nobiliſſimus, non ne qui optimus? Quis lapis nobiliſſimus, non ne qui optimus? et plura in hūc modū deide cuius rei gratia rogatū eſt. Quid hō? non ne is nobiliſſimus, qui optimus? qua nimirū argumētatiōe ſæpius utitur orator ſibyp ſi reſpōdens, q̄d pomū nobiliſſimū? puto q̄d optimū: et qs equus nobiliſſimus? puto optimus, ita ſanè hō nō q naſcendi claritate, ſed qui uirtute ac bonitate excellit certe nobiliſſimus eſt. Sic etiamnum eſt hoc Iuriſconſultorū, Quē admodum, ſi in urbe de finibus controuerſia eſt, quia fines magis agrorum uidētur eſſe, quàm urbis, finibus regundis adijcere arbitrum non poſſis, Sic ſi aqua pluuia in urbe nocet, quoniam res tota magis agrorum eſt, aquæ pluuiæ arcendæ adijcere non poſſis arbitrum. I S O. *Quæ quarta in ordine argumentandi ſpecies?* G. *Exēplū, q̄d & paradigma.* ISO. *Quid eſt exēplū?* G O R. *Quo per ꝑticulare propoſitū, particulare aliud oſtendimus, & probare nitimur, ut conuenit ab Antonio ſumi ſupplicium, ſi à Graccho conuenit ipſum ſumi.* I S O C. *Quare ſequitur ex uno fides alteri?* G O R. *Ob quoddam ſimile in utroq; repertum. Vt in Antonio & Graccho ſeditionis crimen: ueluti decet Caroli imperatoris antesignanum in partes diſtrahi, ſi Metius Suffetius eſt in partes diſtractus, quia uterq; infidelis.* I S O. *Eſt ne aliquid inter inductionem & exemplum diſcriminis* G O R. *Eſt quidem, quanquam non me fugiat quoſdam utrunq; pro eodem habuiſſe, quippe qui omnem argumentationem duas in partes inductionem ſcilicet & ratiocinationem ſepararint.* ISOCRATES. *Quid igitur eſt differentiæ in utroq;?* G O R G. *Quoniam pars parte exemplo probatur, perinde ſimilitudinem inductionis tenet. quod uero nō multis, uti illa,*

partibus colligit, ab inductione diſcedit. ſunt eam ob rē duæ argumentandi ſpēs principes, ſyllogiſmus ſcilicet & inductio. ſub his uero & ab his natæ aliæ duæ Enthymema *atq;* Exē*plum. quæ nimirum omnia ex ſyllogiſmo ducuntur, & ex illo uires mutuantur, fidemq́; capiunt.* ISO. *Quid ultra quæram non habeo, quoniam adeò omnia doctè exquiſiteq́; executus ſis, ut nullum planè apud me cogitationi locum reliqueris. ſi itaq; liber receptui canamus?* GOR. *Minime, Imò ſignum eſt canendum.* ISO. *Qui illud?* GOR. *Nempe, qđ nouum tentaturi ſcopum in procinctu ſtabimus. eſt enim nobis collatis ſignis uerſiſq; gladijs depugnandum.* ISO. Dauus *ſis* Dauo, *rem aperias?* GOR. *Rem nouam et in* Dia*lecticis maxime arduam & longe accommodatiſſimam, dijs bene aſpirantibus, aggrediemur.* ISO. *Quam?* GOR. Topic*orum diſputationem?* ISO. *quo?* GOR. *ut ſyllogiſmis faciant fidem, & ex illis argumenta firma ducantur. Quandoquidem in ijs diſciplina inueniendorum argumentorum conſiſtit. Siquidem omnis ratio diligens duas complectatur partes, unam inueniendi, alteram iudicandi. Inueniendi pars* Topicæ *nuncupatur, quam planè ſcire oportet, ſi perueſtigare argumentum aliquod uolumus.* ISO. *res ſcitu nō tam digna quàm neceſſaria, ſed labore obrutus in aliud temporis differes, & loci.* GOR. *differam.*

QVINTVS TOMVS DE TOPICIS DIALETICIS.

ISOCRATES. *Quum de topicis te dicturum in ſuperioribus pollicebare, peruelim ex te ſcire, quo poſſint nomine alio, eoq́; tritiore topica nuncupari.* GOR. *ea libet pleriſq; omnibus locos appellare.* ISO. *Quid eſt lo*

Locus quid

tus? GOR. ARGVMENTI SEDES: *uel id ſane unde ad quæſtionem propoſitam conſonum depromitur argumentum. loco nāq; argumentum locando confirmatur tueturq́;.* ISO. *Qui loci uſus eſt inſtitutus?* GOR. *Quandoquidem argumentum* SIT RATIO PROBATIONEM PRAESTANS, *qua colligitur aliud per aliud, etiamq́; quod eſt dubium per id, quod non eſt dubium, confirmat, neceſſe eſt aliquid eſſe in cauſa, quod probatione non egeat, alioqui nihil erit, quo probemus niſi fuerit, quod aut ſit uerum, aut uideatur, ex quo dubijs fides fiat.* ID VERO VERVM, QVO HOC FIERI SOLET, EST LOCVS, IN QVO LATET ARGVMENTVM, *ex quo id ipſum eſt petendum. quare eundem ſpecialem habere maximam propoſitionem docent: quæ ſcilicet adeo eſt uel certa uel uera, ut ea non ſit alia aut prior aut notior, ueluti,* OMNE TOTVM MAIVS EST SVA PARTE. *Sunt enim uarij omnino loci, eorumq́; maximæ non paucæ. Quo autem, quod retuli, tibi fiat clarius, rem ita habeas, cū de quæſtione uerba faceremus, eā diximus* QVAESTIONEM, QVAE EST DVBITABILIS *propoſitio. cæterum, quia propoſitio ſubiecto conſtaret atq; prædicato,* QVAESTIONEM *quoq; diximus ſubiecto prædicatoq́; cō iungi. prædicatū igitur uel ſubiectum, hoc eſt ipſum de quo agitur. cum enim de alterutra quæſtionis parte dubitetur: id in ea ambiguitate quæritur, utrum inſit ſubiecto prædicatū uel nō inconfeſſo.n. cū ſit oēm (ut dixi) quæſtionē in affirmationē negationēq́; diuidi:* SEQVITVR SI PRAEDICATVM SVBIECTO INSIT, VERA FIAT INDE AD FIRMATIO. SI NON VERA EFFICIATVR NEGATIO. IN QVAESTIONIBVS VERO DISCEPTANDIS

Verum

Maxima

Quæſtio dubitabilis propoſitio

Modus diſceptandi

alter affirmationẽ,alter negationẽ tuetur hoc eſt,alter prædi
catum ineſſe ſubiecto,alter nõ ineſſe defendit.neceſſum ẽ pro
pterea uterq; ſuos habeat locos,quibus ſuas ſit partes uindica
turus. VERBI GRATIA SIT QVAESTIO,an utilis
ſit iuris ciuilis ſciẽtia.eius certe argumẽti talis erit formula.
IVS CIVILE EST AEQVITAS CONSTI
TVTA IIS, QVI EIVSDEM CIVITA-
TIS SVNT AD RES SVAS OBTINEN-
DAS. ſed eius æquitatis cognitio eſt utilis,iuris ideoq; ciui
lis ſcientia eſt utilis.& confirmatur argumentum hoc per lo
cum a definitione ad definitum ꝑ maximam. quicquid de defi
nitione,hoc idem de definito prædicari poteſt.& ſic planè de
Triplices loci. omnibus,uelut in proceſſu audies. ISO. Loci quomodo diſtin
guuntur,& quotifariam? GOR. Triphariam.nam ſunt,
Locus ſubſtantialis QVI REI, DE QVA QVAERITVR AGI
TVR'VE, VTI ſubſtantiæ inhærent,quos ſubſtantia
les appellant ut animal rationale ſapit, ergo homo ſapit.
Loci medij. ALIQVI PERINDE INHAERENTES,aliq
medij,& quaſi rei affecti,ab his enim argumenta partim cũ
terminis in quæſtione conueniunt,partim diſconueniunt, ut
an doctus ſit amandus probatur,utiq;,quia doctrina amatur.
Loci extrinſecus ſumpti. ALIQVI EXTRINSECVS aſſumuntur,quoties.ſ.ea acci
piuntur,quæ ab eo,quo de quæritur abſunt,lõgeq; diſiuncta
ſunt,à q̃ rei ſubſtantia oĩo ſeꝑata,ut ſit qõ an Cherilus ſit do
ctus,et argumẽtetur.Cherilus ẽ idoctus,ergo nõdoctus ẽ.Ex
his itaq; locis aliq leuiores,aliq fortiores ſunt.Orator proindè
dicturus oĩa in oratione expendet, & ſeleget.qm̃ non ſemper
nec oĩbus in cauſis,ex.ijſdẽ argumentorum momenta ſunt,iu
dicium igitur adhibebit,nec inueniet ſolũ quid dicat,ſed etiã
expendet ſicut enim ſegetis fœcundæ,& uberes non ſolum

fruges, uerumetiam herbas effundunt inimiciſſimas frugibus, ſic aliquoties ex illis locis aut leuia quædam, aut cauſis aliena, aut non utilia gignuntur, quorum ab oratoris iudicio delectus magnus adhibebit̃. Quo ſanè nihil ſpeciatius ingenijs, his præſertim, quæ diſciplinis exculta ſunt. Adde & ſapientiſſimos quoſq; iuriſconſultos, ubi conſuluntur, PRESSAM QVANDAM ET DECORAM obſeruare cunctationem ſolent, tametſi, quod rogantur ſciant, plerunq; tamen hæſitant, ac Diuerſitate quidem rationum dubitant, quas de inceps aliquando acri, magnoq́; iudicio ab origine, cauſiſque primis repetunt, diſcernunt, et expendunt. Sed quid hæc? Tu quid ad rem? ISO. Loci, qui intrinſecus ſumuntur, ideſt ſubſtantiales, qui ſunt? GOR. A definitione ad definitum, à definito ad definitionem, à deſcriptione ad deſcriptum à deſcripto ad deſcriptionem. à nominis interpretatione ad interpretatum, ab interpretato ad interpretationem. à ſufficienti partium enumeratione ad totum, à toto ad aliquam partium diſiunctim. ISOC. Quot à ſingulis ſummuntur maximæ? GOR. A ſingulis quidem locis quatuor formantur maximæ: excepto à partium enumeratiõe loco: quoniam tres ab eo tantum ducuntur, ſiquidem una negatiua ab omnibus partibus ad totum altera à toto ad partes diſiunctiue, tertia adfirmatiua à parte una ad totum utpote (exempli cauſa) Stichus neq; eſt ingenuus, neq; libertinus, ergo liber non eſt. MAXIMA A QVO REMOVENTVR OMNES PARTES AB EODEM REMOVETVR TOTVM. Stichus item liber eſt. quare uel eſt ingenuus uel libertinus. MAXIMA DE QVO DICITVR. TOTVM, DE EODEM PARS DISIVNCTIM. item Stichus eſt libertinus, ergo eſt liber. MAXIMA

DE QVO DICITVR PARS DE EODEM ET TOTVM. *Hunc ad modum penè argumentatur ille* Orator *nobiliſſimus contra* Antonium. *Nunq̃ ne, inquiens, intelligis ſtatuendum tibi eſſe, utrum illi, qui iſtam rem geſſerũt, homicidij rei ſint, an uindices libertatis? Si parricidæ, cur honoris cauſa à te ſunt, & in hoc ordine & apud.*P.R. *ſemper appellati?* Non *igitur homicidæ. Sequitur, ut liberatores tuo iudicio ſint, quandoquidem tertium nihil poteſt eſſe.* ISOC. Q*uomodo ab alijs locis maximæ ſumuntur? ſi non ſit ſuperuacaneum uelim unum ex illis exemplo te illuſtratum, uidelicet locum à definitione ad definitũ.* GOR. F*axo equidẽ. ſumuntur (ut dixi) à ſingulis quatuor maximæ: duæ quidem ſubijciẽdo, affirmatiue ſcilicet & negatiue, duæ prædicando, affirmatiue ſcilicet & negatiue, uerbi gratia. animal rationale eſt ſaluandũ.* Homo *igitur ſaluandus eſt.* MAXIMA PRAEDICATVM DE DEFINITIONE, PRAEDICATVR ET DEFINITO. *itẽ animal rationale non eſt aſinus, homo igitur non eſt aſinus.* MAXIMA REMOTVM A DEFINITIONE, A DEFINITO REMOVETVR. C*hriſtus item dilexit animal rationale, dilexit ergo hominẽ,* MAXIMA. DE QVO PRAEDICATVR DEFINITIO, DE EODEM ET DEFINITVM. *itẽ aſinus nõ eſt aĩal rõnale, nõ igitur hõ.* MAXIMA. DE QVO REMOVETVR DEFINITIO, AB EODEM PARITER DEFINITVM. ISO. M*odo cæteris arbitror nõ ſit difficile adſignare ſuas hunc ad modũ maximas.* GOR. R*ecte inquis, quia idem in illis iuditium, quod à me uiua eſt uoce accipiendum: tibi eapropter hoc audituro (ſi libet) & locos, qui ab illis & medij, & ſubſtantiam* C*oncomitantes nominantur. ſubijciam.* ISO. *qua nimi*

rū re nil mihi gratius. GOR. Loci medij ſunt, A TOTO ad partem, à parte ad totum. A CAVSA ad effectum, ab effectu ad cauſam. A GENERATIONE ad generatum, à generato ad generationē. A CORRVPTIONE ad corruptum, à corrupto ad corruptionē. AB VSIBVS AD id, cuius eſt uſus, ab eo cuius eſt uſus ad uſus. A cōmuniter accidentibus ad id cui accidunt, ab eo cui accidūt ad accidentia. ISO. Quotifáriam locus à toto fit, & quot il lius maximæ? GOR. Hoc ipſum accepturum te ſcire operæ pretium iudicauerim totum aliquod dici uniuerſale, ut animal, pars, homo & ab eo eſt locus deſtructiuus uel à ſubiecti uel à prædicati parte, ut arbor non eſt animal, ergo non eſt homo. MAXIMA REMOTO TOTO VNIVERSALI uel genere, remouetur pars uel ſpecies. animal non eſt lapis, non igitur homo. MAXIMA, REMOTVM A toto uniuerſali, à ſpeciæ quoq; remouetur. ita à parte ad totum, locus eſt duplex & ſemp̄ affirmatiuus, ut hō mouetur, aīal igitur mouetur, Socrates eſt homo ergo aīal. MAXIMA, de ſpē prædicatum, de genere quoq;. aut de quo ſpēs de eodem genus prædicatur. ALIVD eſt totum in modo, utpote uniuerſale ſine accidente ſumptum, & pars ipſius ipſum uniuerſale cum accidente annectitur, ut homo albus. ubi æq; ac ī toto & parte uniuerſali locus & maxima ſumuntur. ALIVD TOTVM EST integrale, ut domus, pars, tectum, à quo ſumitur locus ſemp̄ affirmatiuus. domū tibi uēdidi, ergo & tectū. MAXIMA POSITO TOTO, & eius queq; p̄s, cū id ipſum ſit, q̄ð oībus ſuis cōſtet partibus. A PARTE SIMVL AD TOTVM LOCI DVO. Vnus affirmatiuus, oībus .ſ. partibus ſumptis. ab una p̄te negatiuus. tectū non uendidiſti, ergo non ēt domū. MAXIMA PARTE NON POSITA,

Totū quotuplex

neq; totum tectum, fundamentum, parietem uendidiſti, domũ igitur. MAXIMA POSITIS OMNIBVS *partibus, & ipſum quoq; totũ.* ALIVD EST TOTVM *in quantitate, ut omnis homo, nullus homo, ab eo & ab illius partibus æque ſummuntur loci & maximæ, uti a toto integrali, niſi quod faciat & locum negatiuum à toto ad partes, & ab una parte tantum negatiuum ad totum non efficit. ſic quoq; à toto in tempore, ut ſemper, nunquã, & loci ut ubiq;, nuſq̃ pariter loci ſummuntur & maximæ.* ISOC. *In quem uero modũ a cauſis ad effectũ argumentari conuenit?* GOR.

Cauſæ quot. *Anteq̃ a me tibi ſuccurratur, ſcire in primis erit operæ nõ de futurũ, quot ſint cauſæ, & ſanè eas quatuor eẽ affirmant: eſſe quidem quæ principium motus ad aliquid efficiunt, ut ignis ad calorem. item quæ eſſe dant rei, eaq; conſeruant & formam, ut albedo & res alba. item quæ cuiuſq; ſunt materiæ, remq̃; ipſam conſtituunt, ut ferrum ad arma. item pariter ob quas neceſſario aliquid fit, & quaſi ſupremum ex his ſequitur, ut beatitudo ad iuſtitiã.*

Cauſa efficiens HINC IN PRIMIS *ſumitur locus à cauſa ad ſuum effectum & affirmatiuus & negatiuus, ut ignis cõſumit, ergo & calor.* MAXIMA, *q̃d de cauſa efficiente, idem de eius effectu dicitur. ignis non eſt malus ergo nec calor.* MAXIMA QVOD A CAVSA *efficiẽte, id ſimul ab effectu remouetur. Ita pariter duos eſt inuenire locos, & maximas ab effectu ad cauſam efficientem.*

Cauſa materialis DEINDE SVMMITVR ITEM LOCVS A CAVSA MATERIALI AD SVVM *effectum, qui a materia permanente affirmatiuus tenet in potentia eſſe, pure autem negatiuus. Vt Veneti ferrum habẽt, ergo arma habere poſſunt.* MAXIMA POSITA CAVSA MATERIALI *permanente poſſibile eſt effectum*

poni: item Mauris deeſt ferrum, ergo etiam arma. MAXIMA. REMOTA QVIDEM CAVSA MATERIALI, *remouetur & effectus, econtrario ab effectu ad cauſam locus eſt affirmatiuus tantum: a materiali autem cauſa tranſeūtem ad effectum pari ualet modo. ut uuæ ſunt, ergo & uinum eſſe poteſt. Ab effectu tamen ad cauſam argumentandum erit, ad cauſam fuiſſe affirmatiue, ut mulſum eſt, tō mel & uinū fuerunt.* A CAVSA QVOQVE FORMALI AD EFFECTVM *locus eſt & affirmatiuus & negatiuus in hunc modum. ſcientia eſt, ergo ſciens* MAXIMA POSITA FORMALI CAVSA EFFECTVM QVOQVE PONI *conſtat. negatiue itē ſcientia non eſt, ergo nec ſciens. maxima formali cauſa remota, remouetur pariter effectus, ſic quoq; pari modo bifariam eſt ſumere locum, ab effectu ad cauſam.* DEMVM ET A CAVSA FINALI AD SVVM EFFECTVM *ſummi poteſt locus affirmatiuus & negatiuus, ita, beatitudo bona eſt, ergo & iuſtitia,* MAXIMA. CVIVS FINIS EST BONVS, IPSVM QVOQVE, *qđ ad finem dirigitur, bonum. certum autem eſt iuſtitiæ finem eſſe beatitudinem, q̄ cum quis operatur, beatitudinem perinde atq; ultimum bonum conſequitur. negatiue item pœna nō eſt bona, ergo nec peccatū,* MAXIMA CVIVS CAVSA FINALIS EST MALA, *ipſum quoq; malum eſt: ſimili etiam modo, ab effectu ad cauſam argumētari licet.*

Cā formalis

Cauſa finalis

ISO. *Nunc uelim te cōmonſtraturum & locos & maximas à generatione & corruptione, & econtrario. nam id ſeries, quã ſupra uſus es, expoſtulat: præſertim, cum eorum definitiones, quando de prædicamentis uerba faciebas, aperueris.*

GOR. *A generatione ad generatū locus eſt & affirmatiuus*

Locus a generatione ad generatum

& negatiuus ad hunc modum: ciuitatis generatio bona eſt, ergo, & ciuitas. MAXIMA *cuius generatio bona, et ipſum quoq; item peccatoris generatio eſt mala, ergo peccator.* MAXIMA IPSVM *malũ eſt, cuius generatio mala. ita pariter conueniens eſt à generato ad generationem regredi.*

Locus à corruptiõe ad corruptũ SVNT AVTEM ET À CORRVPTIONE AD CORRVPTVM ARGVMENTA *duo, affirmatiuum & negatiuum: ſiquidem furis eſt bona corruptio, ergo fur malus* MAXIMA, *cuius eſt corruptio bona, ipſum, cuius eſt corruptio, malum ē. item linguæ latinæ corruptio mala eſt. ideo latina lingua bona.* MAXIMA. *cuius eſt corruptio mala. & ipſum quod corrumpitur, bonũ eſt, eo quoq; pacto à corrupto ad corruptionem argumentabitur.* ISO. AB *uſibus quot ſumuntur loci? & uſus quid ē?*

Locus ab uſibus ad id cuius eſt uſus GOR. *Vſum hoc ſanè loco dicimus rei cuiuſq; operationem & exercitium atq; fructum, ueluti ſcribere calami uſum recte dixeris. ab uſu ad id, cuius eſt uſus, & è regione loci ſumuntur duo, affirmatiuus et negatiuus, puta nauigare bonũ ē, nauigiũ igit̃ bonũ:* MAXIMA. *cuius bonus ē uſus. et ipſum quoq; bonũ, et redeundo. itē ludere malum ē, ergo alea quoq; mala.* MAXIMA *cuius uſus eſt malus, & ipſum pariter malum, & ſic reuertendo, ab eo, cuius eſt uſus, ad uſum.* ISO. *Supereſt & à communiter accidentibus locum explices, & quæ ita nuncupentur, oſtendas.* GOR. *Communiter*

Locus à cõmuniter accitibus *accidentia appellari & eſſe audio, quæ relinquere ſubiectũ uel non poſſunt uel ſeorſum nõ ſolent, quia unũ conſequtur alterum neceſſitate quadã, quõ cohærere uideãtur ſerie aliqua: unũ n. altero prius ac poſterius extat, ut ualetudo & dolor, malũ et pœnitētia. Ab his locus ſumitur duplex, affirmatiuus et negatiuus ſtultus pœnitet, peccauit igit̃ ſtultus.* MAXIMA

ſi anteœdens accidentiũ communiter ineſt, et qđ conſequens ẽ inerit. ſapiens nõ peccauit, minime ideoq; pœnitebit. MAXIMA ſi cõmuniter accidentiũ primũ nõ ineſt, nec qđ poſterius eſt. ISO. Cũ ſuo quæq; ordine argumẽta locorũ mediorũ recenſueris in rẽ plurimũ ſcire puto, q & quot loci ſint, quos ex trinſecus ſumi dicunt. GOR. Ordinẽ ſeruatum iri recte deſideras, NAM ID PLVRIMVM ERVDITIONI CONFERT. nec itaq; eſt, qđ tuo uelim uoto refragari. Prius tñ q̃ tuo abſine quæſitui ſatisfiat, latere te nolim, aliquot dialecticos diſcrimen feciſſe inter locos ſubſtantiã concomitantes & medios: illos eſſe qdem, qñ ſumerentur argumenta ab eis, quæ in quæſtione terminos cõſequũtur. cuiuſmodi hactenus habuimus: medios uero, qñ ab his ducerẽtur argumẽta, quæ partim cõuenirent, partimq; diſconuenirẽt. cũ in quæſtione terminis cuius ſunt generis locus à coniugatis, à caſibus, à diuiſione, quos ab iſtis inuenio diſcrete poſitos, nõ aũt ab oratoribus. recte autẽ eos putant medios appellari, qm̃ mihi neq; à ſubſtãtia proprie, neq, ab his, q̃ ſunt extrinſecus poſita, ſed ex ipſorũ caſibus, ideſt, quadã ex ipſis leui mutatione deductis argumenta ducuntur. ISO. Locus à coniugatis qualis? GOR. Sciſre primũ erit, coniugata dici, quæ ab eodẽ, diuerſo modo, deducta fluxerũt, ubi denominãtia et denominatiua, ut iuſtum, iuſtus à iuſtitia, quæ ſecundũ proprij nominis ſimilitudinẽ cõſequũtur. à qbus argumentũ ſumitur et affirmatiuũ & negatiuũ, ita liberalitas ẽ laude digna, homo igitur liberalis laude dignus. MAXIMA, qđ uni coniugatorũ ineſt, et reliquo, illiberalitas nõ decet principẽ, ergo principẽ eſſe nõ decet illiberalẽ. MAXIMA qđ remouetur ab una cõiugatorum, et à reliquo pariter. ISO. Quid ẽ caſus? G. Quædã pricipalis alicuius nõis i aduerbiũ iflexio, ut à liberalis iflectit̃ liberaliter

Locus à coniugatis

ISO. *Quot ab eo loci?* GOR. *Duo quidem, affirmatiuus & negatiuus. ueluti* Alexander *cum* Ariſtotele *præceptore liberaliter egit.* Alexander *igitur erga* Ariſtotelem *liberalis fuit,* MAXIMA *cui unus ineſt caſus, & alter inerit, illiberaliter uixit* Mydas, *illiberalis ideo* Midas *fuit.* MAXIMA. *uno caſuum remoto, remouetur & alter.* ISO. *Diuiſio quid eſt?* GOR. *rei cuiuſq; in membra partes ue diſſectio, ut animal in rationale & irrationale.* ISO. *Quomodo fit omnis diuiſio?* GOR. *Omnem dicunt fieri diuiſionem* VEL NEGATIONE, *ut omne animal habet pedes aut non habet.* VEL PARTITIONE, *ut homo eſt ſanus aut æger. & hæc eſt* AVT GENERIS IN SPECIES *ut animalium aliud rationale aliud irrationale.* VEL TOTIVS IN PARTES, *ut domus alia pars tectum, alia paries, alia fundamentum,* VEL VOCIS IN SIGNIFICATIONES PROPRIAS, *ut canum alius latrabile animal, alius ſydus cœleſte, alius piſcis marinus.* VEL ACCIDENTIS IN SVBIECTA *ut ſanorum aliud homo, aliud brutum.* VEL SVBIECTI IN ACCIDENTIA, *ut animal aliud doctum aliud indoctum.* VEL ACCIDENTIS IN ACCIDENTIA *ut doctorũ aliud bonũ, aliud malum.* ISO. *Quomodo inde argumenta ducuntur.* GOR. *Per propoſitionem diuiſionis, aſſumendo uel per negationẽ uel adfirmationẽ mẽbri alterius. hinc ab una quaq; diuiſione argumenta queunt trahi duo affirmatiuum, & negatiuum, ut animal eſt uel rationale uel irrationale, ſed hoc rationale eſt, ergo non irrationale.* MAXIMA POSITO VNO *membrorum diuidẽtium in aliquo ſubiecto, ab eodem remouetur reliquum. item animal eſt rationale uel irrationale,*

Locus à diuiſione

irrationale,ſed hoc non eſt rationale,igitur irrationale. MAXIMA DESTRVCTO uno membro diuidentium neceſſario ponitur reliquum. Nunc ſupereſt tibi quærenti de locis,q extrinſecus ſumuntur,reſpōdeā. ISO. Ex uoto utiq; mihi reſpōdebis. G. Scias eapropter(qđ et pauloante admonui) locos uel ea dici ratiōe extrinſecus ſumi,qm̄ ab hijs trahant̃, quæ abſunt lōgeq́; diſtincta ſint,argumenta tñ quæſtionibus ſubminiſtrare conſueuerint: eiuſmodi ſunt loca ab oppoſitis,à maiori,à minori,à ſimili à proportione,à trāſſumptione ab authoritate. ISO. In quē licet modū ab oppoſitis ducere argumenta? GO. qđ nimirū eueſtigio nō ſcies,niſi,q̄ uarie aliqua ſint oppoſita cognoris. ISO. Genera igitur oppoſitorū,quot et quæ? GOR. OPPOSITA FORTASSIS RECTE DIXERIS, QVAE SIMVL, EODEM TEMPORE, in uno ſubiecto,una rōne eſſe nequeūt. HAEC SVNT VEL RELATIVA ut patronus et libertus,& ab his ſumitur locus affirmatiuus. ut Tullius eſt Tyronis patronus,ergo nō libertus Tyronis. MAXIMA,poſito uno relatiue oppoſitorū in aliquo ſubiecto, remouetur. et reliquū, negatiuus uero nō ualet,niſi q̄tū ad relatiōis rōnē,quo ſane mō efficeretur locus ſubſtātialis,qm̄ unū relatiuorū alterius ē definitio. q̄lis ē, pater ē, ergo filius,et ecōtrario affirmatiue et negatiue. MAXIMA, poſito uno relatiuorū,ponit̃ neceſſario reliquū: unoq; ex his ablato,et alterū auffertur. VEL ETIAM OPPOSITA SVNT CONTRARIA, quæ i eodē genere plurimū differūt,ut ſtulticia,et ſapiētia,uerū et falſum,ab his ſumit̃ locus affirmatiuus et negatius,utpote,Socrates ſapiēs ē, ergo non ſtultus. MAXIMA,poſito uno cōtrariorū,remouetur ab eodē reliquū. itē Choroebus ſapiēs nō ē,ergo ſtultus. MAXIMA remoto uno cōtrariorū,ponit̃ illico relquū. id qđ i his ſane acci

Locus ab oppoſitis

Oppoſita quæ?

pias, inter quæ tertium non eſt dare, ſecus in cæteris ueluti album & nigrum. Vel *ſunt priuatiue oppoſita, quæ circa idem ſubiectum, tempore determinato, ordineq; irregreſſibi li uerſantur, ut cæcitas & uiſus circa oculum, à quibus uti in contrarie oppoſitis & oratores & iuriſconſulti &* Dia*lectici argumenta ſumunt, puta lynceus eſt uidens, ergo non cæcus.* MAXIMA *poſito uno priuatiue oppoſitorũ reliquũ auſertur, item talpa non eſt uidens, ergo cæca* MAXIMA, *remoto uno priuatiue oppoſitorũ, ponitur reliquum.* VEL SVNT CONTRADICTORIE *oppoſita, quæ ab oratoribus ualde contraria & negantia, a noſtris apopha ticæ appellantur, cuiuſmodi eſſe & non eſſe. ab his ſumitur locus ita, deum eſſe omnipotentem eſt uerum, ergo deum eſſe impotentem eſt falſum.* MAXIMA *ſi unum contradicto rie oppoſitorum ſit uerum, reliquum eſt falſum. & econtra rio. oratores tamen hæc a contrarie oppoſitis nequaq̃ diſcer nũt, qm̃ in idem recidunt, ſi modo eiuſmodi ſunt, inter quæ nõ poſſit interuenire mediũ* ISO. *Locus a maiori qui fieri*

Maius *ſolet? et maius quomodo deſcribitur?* GOR. *Maius eſt quod alteri uel uirtute uel potentia uel alia ratione præferri ſolet ut impator et miles, cuiuś eſt locus huiuſcemodi. impator* Rho*dũ tueri neqt, ergo nec miles.* MAXIMA *ſi id qđ magis ineſſe uidetur non ineſt, ergo nec id quod minus & ualet negatiue. ſicut econtrario ualet conſtructiue, ut miles poteſt tueri* Rho*dum, ergo &* Imperator. MAXIMA, *ſi id quod uidetur minus ineſſe, ineſt, & id quod magis.* ISO. Similitudo *quid*

Similitudo paritas *eſt?* GO. Similitudo *ſi eſt in quantitate paritas, ſin in qualitate ſimilitudo uocatur, eam definiunt eſſe rerum differentium eandem qualitatem. res enim quidem diuerſas eſſe conſtat poſſe. in his autem plærunq; quid inueniri, quo ſimiles eẽ*

ſentur;utcũq; difficile ſit illud ipſum ſemper explicare. ISO. Locus a ſimili quomodo & quotifariam effingitur? G O. Bipharíam ſane, affirmatiue & negatiue, in hunc quidẽ modum. ſit in quæſtione an hæredem oporteat reficere ædes corrutas, quarum eſt uſusfructus legatus. argumentari poteris ſi ædes corruerunt, uitium ue fecerunt, quarum uſuſfructus legatus eſt, hæres reſtituere non debet, nec reficere non magis, quam ſeruum reſtituere, ſi is, cuius uſuſfructus eſt legatus deperijſſet. MAXIMA, de ſimilibus idem iudicium. ita affirmatiue quoq; procedere licet. furtum a familia factum, Vnicum reputatur furtum, unam recipit æſtimationem, ergo damnum a familia factum, pro uno habendum eſt damno, unam æſtimationem præſtandam. ſiquidem in utroq; uerſetur ratio, ne ob delictum unum tota familia careat dominus. MAXIMA. idem iudicium de ſimilibus. id quod inter iuriſperitos conuenire uidemus. ISOC. Quomodo definiunt proportionem? GOR. Eſſe quandam unius proportionabilium ad reliquum habitudinem, in qua non eſt rerum, uti in ſimilibus, ſimilitudo, ſed quædam habitudinis comparatio ſecundum ſimilitudinem. ISO. De loco itaq; præſta exemplũ a proportione? GOR. Nauta arte eſt eligendus, ergo & ciuitatis magiſtratus. MAXIMA q̃ uni cõpetit proportionabiliũ illud idẽ et reliquo. q̃m ut ſe gubernator ad nauim habet, ita magiſtratus ad ciuitatẽ, ſic ecõtrario negatiue ẽ eũdẽ. oratores repperimus nihil inter ſimilia & proportionabilia diſcriminis feciſſe, ſed apud Dialecticos ſubtilitati locũ reliquiſſe. ISO. Quid eſt tranſumptio? nam & de hac aiebas locum ſummi poſſe? GOR. Bifariam inuenio tranſumptionem a Dialecticis diſcretam. quandoquidem eam eſſe perinde atq; tranſlationem, cum uel uerbum uel oratio in quandam rem transfer

Proportio

Trãſumptio

Trãslatio

tur ex alia rei ob quandam in utroq; ſimilitudinem, uti quan do dixeris furibundum leonem, auarum lupum, immundum ſuem, pratum florens ridere, & oleũ operamq́; perdere, fruſtra aliquem docere, & littus (ut dici aſſolet) arare. quo nimirum modo non argumenta fide digna, ſed ſophiſmata (de quibus paulo poſt, dijs annuentibus, nobis erit ſermo) eliciuntur. At aliter uideo eã dici nominis magis noti pro minus noto poſitionem, uelut pro philoſopho ſapiens, pro cacodæmone diabolus. à quo non dubium eſt ita trahi locum, diabolus homini inſidias tendit, ergo & CACODAEMON. *maxima quod conuenit magis noto, & minus quoq; noto.* ISO. *Nõ ne locus hic eſt a nominis interpretatione?* GOR. *Hic ab iſto ex diametro diſtat, quippe qui cum nil iſti conuenit.* ISOC. *Quare?* GOR. *In a nominis interpretatione loco ducitur argumentum ex definitione, deſcriptione, expoſitione. In tranſſimptione uero non eſt aliqua expoſitionis, ſed unius ſolũ alterius loco collocationis ratio. id quod in exemplo pauloante intelligere fuit.* ISO. *Rectiſſime quidem diſſolutum, modo ſupereſt ab authoritate locum explices, & quem in modum authoritatem finiuerint doceas.* GOR. *Authoritas eſt in ſua cuiusq́; ſapientis ſcientia iudicium, proinde à pluſculis ab authoritate locus ex rei iudicio appellatur.* ISO. *Tanta ne cuipiam ſine ratione fides?* GOR. *Tanta nimirum, quoniam humanitate quadam, unanimiq́; uiuentium pioq́; conſenſu cõſtitutum uidemus, ut ſi eius, quod quis loquitur, ratio in prõptu non ſit, ac fidem deſideret, rationis loco authoritas ſuffragetur, quare idipſum probationis robur à noſtris,* ἄτεχνος *nuncupari conſueuit, nempe, quod artis expers in teſtimonio duntaxat ad fidem faciendam conſtet.* ISO. *Vnde tantũ homini exſtimationis?* GOR. *Natura hoc & tempore paratur.*

Authoritas

natura quidem authoritas in uirtute eſt. ISO. Virtus authoritatem? GOR. NEC INFIMAM IMO NON VIRTVS SOLVM, ſed uel uirtutis opinio ad fidem plurimũ confert. ISO. In quis eſt uirtutis opinio? GOR. In eis non modo qui re ipſa uirtutem habent, ſed & in ipſis qui eam habere exiſtimantur. Quãobrem, quos ingenio, ſtudio, doctrina præditos uidentur homines quorũq; uitã integrã, conſtantẽ & probatã, ut apud Romanos Catonis, Lelij, Scipionis aliorũq; plurimorum, rentur eos quidẽ eſſe, quales ſe ita ipſi uelint, ut illis ſuã obſtringere fidem non dubitent nec ſolũ eos eſſe tales arbitrãtur, qui uel honoribus uel magiſtratibus funguntur in repu. uerũetiam oratores, iuriſconſultos, philoſophos, poetas & hiſtoricos, ex quorũ dictis & ſcriptis ſæpe authoritas ad faciẽdam fidẽ petitur. ISO. Tẽpus quõ adfert authoritatẽ? GOR. In tpe nimirum multa ſunt, quæ authoritatẽ adferunt, ingenium, opes, ætas, fortuna, ars, uſus, & ſi qua ſunt ſimilia. ingenioſos nãq; & opulentos & ætatis ſpatio probatos, dignos quibus credatur. putant (quãquã uulgi magis, quã ſapientũ iudicio) ad eaq; omnia dirigunt, & qui iudicant, & qui exiſtimãt: q. n. hiſce rebus, quas diximus, excellũt, ipſa uidentur uirtute excellere. & his quoq;, quos mõ numeraui rebus (licet in illis nulla uirtutis ſpecies ſit) plærũq; confirmatur fides. ſ. ars q̃dã adhibetur: QVONIAM MAGNA EST VIS AD PERSVADENDVM SCIENTIAE AVT VSVS ALIQVOTIES. n. credi par cẽſent his q expti ſunt. Id qđ apud Pythagoreos adeouſq; audio obſeruari, ut ſi qd illim diſputãdo affirmare uelint: quũ ex ipſis q̃rat̃, q̃re ita ſit, r̃ndere cõſuerũt αὐτὸς ἔφη hoc ẽ, ipſe dixit. Ipſeãt ẽ Pythagoras. Tm̃ mi Iſocrates opiniõnẽ præiudicatã poſſe ĩtelligis, ut ẽt ſine rõne ualeat authoritas. ISO. Tu ne idipſum probas? G. Non undequaq;,

Virtus
Opinio uirtutis in qbus ẽ uirtus
Pythagoras

quippe qui in diſputando nõ tam autores, q̃ rationis momẽta quærenda cenſuerim, quãdoquidem exploratum habeam, obeſſe plerumq; iis, qui diſcere uolunt autoritatem eorum, qui ſe docere profitentur, deſinere enim ſuo ſuum adhibere iudicium, id habere ratum, quod ab eo, quem probãt, iudicatum uident. ISO. *Quid tandem, ſi nulla poſſit eius de quo diſputatur riminari ratio?* GOR. *Locum utiq; ab autoritate admiſſum iri nõ negauerim. Cuiuſmodi eſt, credendum eſt eũ, qui ex iuſtis nuptijs ſeptimo eſt menſe natus, iuſtum eſſe filium. quod ſi a quopiam negetur accedit locus ab autoritate Hipocratis doctiſſimi medici.* MAXIMA, *in ſua cuiq; ſcientia credendum.* ISO. *Diſerte quidem omnia nedum docte: interim ne (quoniam ſuam quæq; negocia intercapedinẽ anhelent) de locis colophonem addes.* GOR. *Addendũ arbitror, quoniam ſingulos, qui creduntur ad Dialecticos attinere locos, hoc ſumus ſuccisiuo tempore perſecuti. Quare illud modo unum adiecerim, nullam prorſus eſſe diſputationem, in qua non aliquis locus incurrat, at omnes quidem locos in omnem quæſtionem nequaq̃ incidere, ſed quibuſdam quæſtionibus alios, quibuſdam eſſe alios aptiores locos.* ISO. *Hoc quidẽ inter audiendum animaduerti. Sed quid reliquum eſt admonitione dignum?* GOR. *Sophiſmatum tractatus occurrit.* ISO. *Quem quoq; diſſolues?* GORG. *Propediem, uel confeſtim potius. Quanq̃ forte erunt, qui mirabuntur me de Sophiſmatis diſſertaturum, perinde atq; diſciplina magis pernitioſa q̃ uel utili uel honeſta: fateor equidem uix de ijs quidpiã adijciendum, quando uſum imaginor eorundẽ, cum tamen publicos Dialecticorum, ueſtra quidem ætate, mores, atq; etiam illorum leges intueor, quæ uel imprimis Sophiſmatum argutias, easq; acutulas cognoſcendas uelint, ne id quidem de ijs*

diſputationis prætereundum uidetur, & ſane de ampulloſis moroſioribuſq; Dialecticis ac Sophiſtis cogitanti, hic quoq; in ijs Diſciplinis cognoſcendis adnectendus eſt labor.

SEXTVS IDEMQVE VLTIMVS TOMVS DE SOPHISMATVM DISSOLVTIONE.

ISOCRATES, *Arbitror, Gorgia, natura comparatum, ut qui maiorem itineris aliquo partem peragrarunt, & iam tandē fini, quo tēdunt, propinqui ſunt, feruentiores inſtent, perinde atq; quod ſuperarunt itineris nulli plane planè futurum ſit emolumento, niſi optatam, quā propoſuerunt, metā indipiſcentur.* GORGIAS *Recte nimirum, & ſupra, quā dici poſſit, ſapienter.* QVONIAM NATVRA HOC QVIQVE OPTIMI HABENT VIATORES, *ijdemq; diligentes, ut in medio itinere non ſubſiſtant, ſed ultra pergant: metam deſiderantes: quo tandem omnes conantur, & ſuus cuiq; eſt finis, ad quem æque atq; optimum nituntur, nec ſe quicquam feciſſe putant, niſi fine, quæ pars eſt cuiuſq; rei facile maxima, nacto:* Nempe *memores eius adagij, quo dici aſſolet.* PRO NIHILO HABENDVM, QVOD INCHOATVM NON SVVM *aliquādo calcem ſortiatur eumq; poetam inertiæ obnoxium cenſeri, qui ab extremæ fabulæ actu abſit, nec fabulam mereri laudem, niſi quæ quintam pariter contineat actionem.* Adde *prætterea, quæq; optima ab authoribus in ſuorum operum fine dici, eoq; illos congerere, quid habent optimum.* ISO. *Vnde hoc ipſum uenire credendum?* GOR. *Amore, neſcio quo, diuinitus oboriētc,*

Finis unicuiuſq; rei

quo etiam parentes plerunq; liberos, quos affecta ætate gignunt, impenſius diligunt, & Cygni quoq; (ut parumper digrediar) tum ſuauius canere creduntur cum fatum iis imminet. ita nimirum natura diſpenſante, adeo quidem uſq,, ut finis quiſq; cum bono, hocq; cum fine prorſus ac æquo cōueniat conuertaturq;. Sed, mi Iſocrates, his alio miſſis, age cædo, cur hoc pauloante uſus es ſermonis proloquio? ISO. *Quod audierim te præſenti diſputationi iam tandem Colophonem additurum: quo ſanè factus ſum ad audiendum multo audior: quoniam me longe optima auditurum confido?* GOR. *Audies Hercle, & quidem breuiter, quæ non tam auditu iucunda quàm ſcitu proficua ſunt, & quibus penè tota Dialecticorum uis & commendatio conſtat, & quæ utriuſq; noſtri pauloante metaphoricam ſententiam cōprobare poſſunt.* ISO. *Quæ?* GOR. *Sophiſmata.* ISO. *Sophiſma quid?* GOR.

Sophiſma *Commentum eſt, aut oratio, ita uel coloribus uel Phaleris uel Technis inſtructa, ueriq; ſimulatrix, ut quenq; hominem ſimplicem facile dolo fraudeq; circumueniat. Nimirū cuius ſit natura, ut quadā cauillatione, quā uocāt* διαβολὴν *ab euidenter ueris ꝑ breuiſſimas mutationes diſputatio ad ea, quæ euidenter falſa ſunt, perducatur.*

Cauillatio

ISO. *Num malum rectè, dolumq; docebimur? Non ne uel iure cautum eſt, aduerſum uarios & doloſos, qui uel aſtutia uel calliditate pernitioſa aliis obſuere iudicium ſerio datum iri, ne uel illis ſua ſit malitia aut laudi aut lucro, uel iſtis ſimplicitas aut dedecori aut dānoſa. Quandoquidem nec iure quidem licere putem, materiam peccandi malis hominibus præſtare malo exemplo.* GOR. *Rectè dicis, ſed perperā intelligis.* ISO. *Qui fit iſtuc?* GO. *Quoniā aliud ſit dolum ſcire, aliud operari, hoc prohibitum, illud conceſſum.* QVANDOQVIDEM NON SCI

RE MALVM, SED FACERE MALVM, QVIQVE prohibemur. Nec dedecœat uirũ bonum & artes quoq; malas noſſe, ſine quarum agnitione Verſutorum laqueis inuolueretur. Quamobrem pro neceſſitate & tempore dolos didiciſſe plurimum profuerit. Ita pariter conueniet, & ei Dialecticæ parti operam impẽdere, quæ & tendicula iſta, atq; (quod uerius dixerim) Phantaſmata, ideſt, umbras quaſdam et ueritatis imagines falſò oſtentant. haud ſanè eo, quod eius ductu & adminiculo, quis fallere dolo quenquã uelit, ſed quo dolis ægregie occurrat. Aiunt etenim Dialecticam magis deſtruendi ſtudium quàm aſtruendi uim habere: Ea propter, mi Iſocrates, LEGENDA ESSE QVAEDAM, NE NEGLIGANTVR, ALIQVA NE IGNORENTVR: quæ nimirum legimus, non ut teneamus, ſed ut repudiemus. Malorum quidem dogmata legimus, ut iſtorũ errata legendo deteſtemur, & quæ in ijs uſui accommodata inuenimus ad uſum bonũ recipiamus. Quare nõ coarguerim, qui uel Grammaticen uel Dialecticen, qua poſſit recte loquendi rationem, interq; uera & falſa dijudicandi uirtutem habere, nouerit. Nec erit ea ſubinde ratione reprehendendus, quel Geometriam uel Arithmeticen uel Muſicen ſciat, etſi tenuem ad ueritatẽ ob quã oẽs repertæ ſunt ſciẽtiæ, ſemitã præbeãt. Quid multa? Addiſcimus multa, non ut ijs obfirmemur, ſed ut malorũ Technas refutamus. Erudimur, inquã, pluſcula, nõ ut ſequamur, ſed ut iudicemus, atq; cõmunicamus. ISO. In quẽ modum? GOR. Num Quiſpiam aduerſus Mathematicos fortiter ſcitèq; ſcribet, qui matheſeos ſit expers? Aut telũ artus declinabit, qui unde illud ueniat ignoret? aut ictum excutiat Athleta, qui huius aduentum ignoret? Nequaquam. Ita nimirum Sophiſtarum captiones & Rhetia reſcire oporte-

Dolus
Fallacia

bit, ſi ijs uel turpiter uel ridicule capi nolueris. Id quod et ſapientiſſimos aliquot Aſſyrios, quorum è numero noſtri recenſent quendã MOSEM, DANIELEM, SALOMONEM, *Viros (ut aiunt) non ſanctimonia minus quàm ingenio claros: nempè quos ſtrenue Aegyptiorũ literis ſuperſtitionibusq́;* CHALDEORVM *edoctos perhibent, quo aduerſus iſtorum dolos & fraudes obuiam ire facilius poſſent. Hinc tantum abeſt, ut obfuturum ſit Sophiſmata ſcire, ut penè adfirmauerim eum non iure dici dialecticum, qui ſit eorundem expers, cum hoc ipſum eſt eius, non ut aliquem circunſcribat, ſed ne à quopiam circunſcribatur, & ne in adipiſcenda rei cuiuſpiam ueritate, labatur, erret, neſciat, & decipiatur, quod ſanè per quam turpe ſit et malum, ut omnibus, ita imprimis, qui dialectico Titulo ſuperbit. Nã quis nõ eius arrogantiã derideat, deteſteturq́;, qui in minoribus nauigiis rudem ſe eſſe confitetur, Quinqueremes autem, uel etiam maiores gubernare didicerit.* ISO. *Hic tuus eſt ſermo adeo copioſus, Varius, ſubtilis, uehemens, et dulcis imprimis, ut uel repugnantes in tuam ſententiam ducat & impellat. Me nimirum iſte, utcunq; indoctum, ſua ſubtilitate, grauitate, dulcedine ita affecit, ut non ſit uel iure maiore, quod meã poſthac fidẽ deſideret. Ea propter magnopere te rogatum uelim, hanc me rem non celes, Sophiſmata oſtendas. Scis enim quàm ego me dialecticis diſciplinis deuouerim. cui nimirũ turpe foret, illud neſcire demum, quod ſciri imprimis debuerat. Paucis igitur modo ſignifices oro, q̃bus parãtur inſtrumentis Sophiſmatum inſidiæ, ut ſi quis in horum me Labyrinthum ſiniſtre includere tentet, is inueniat me, dedalo te Architecto inſtructũ, qui cæca regens filo ueſtigia hunc laborem, illam domũ, & inextricabilem errorem, dolos tecti, ambagesq; reſoluere poſſit,*

hocq́; deniq́; ipſum tibi acceptum ferre. Eia age meo tandem *deſiderio inſeruias.* GOR. *Non eſt, quod calcaria ſponte currenti addas, aut illam à me exigendi uerecundiã ſumas: quippe qui ne ipſe quidem ueniam recuſandi laboris aucupor: quoniam, quod efflagitas dici oporteat, equidemq́; idipſum iampridem deſtinauerim. Quare non timide uſurus es, quod mea eſt ſponte tibi oblatum, nec ego ſum difficulter facturus, quod meopte ingenio faciundum aſſumpſi.* Haud tamẽ *eſt, quod ex me longe occupatiſſimo uniuerſas Sophiſtarum fallacias ſcire expectes, quod ne ſumme ocioſus quiſquã præſtare unquàm poſſit.* Sunt enim *hæ innumerabiles: quãq̃ ſperem me ita tibi ancillaturum, ut ſi non ſemper ſis diſputando uictor, dubiam tamen palmam facias, litemq́; ſub iudice ancipitem relinquas,* Nequeunt *enim aliquoties uel eruditiſſimi* Athletæ *quoſq;, ut uelint, declinare ictus: quibus certe ſat eſt laudis, gladiorum minas ita ſuſcipere, ut non ledant, & eos reſciſſe dudum agnoſcantur.* ISO. *Perbelle quidem, quid uelis ſententio,* Exordire *itaq́;,* Vnde *deriuẽtur captionũ fomenta?* GOR. *Suboriuntur, utplurimum, Sophiſmata ex tribus,* Vel *ex cogente & neceſſario reſpõdẽdi* Dialecticorũ *regula, uel ex* Re*ciprocatione, uel ex amphibologijs.* ISO. Regula, *quã dicis, q̃ eſt?* G. Cauetur *apud* Dialecticos *ſi de re quapiã quæratur, diſputeturq;, atq; ibi qd rogetur, ut reſpõdeat, tũ ne amplius quid dicatur, q̃ ut id ſolum, quod ſit rogatum, aut affirmetur, aut negetur.* Eos *uero, qui uel plus uel aliter q̃ ſunt rogati, reſpondeant, rudes indoctosq́; exiſtimari, & diſputandi morẽ, atq; rationem haud quaq̃ tueri.* ISO. Id *autem quæro, põtne ubiq; & nunquã non ſeruari?* GOR. In *pluſculis ſanè diſputationibus dubio procul fieri oportet, quippe quod indefinitus ſermo fieret, & inexplicabilis, niſi interrogationibus,*

Regula dialecticorum

reſponſionibusq; ſimplicibus fuerit finitus. Cæterum, ſunt ta men in quibus, ſi breuiter ad id, quod rogatus quis fuerit, reſpondeatur, neceſſum ſit ridicule capiatur, & hinc naſci Sophiſma uidetur. ISO. *Cuiuſmodi eſt hoc?* GOR. *Si quis me poſtulet, ut reſpondeã. Deſierim ne furari an non? utcũq; per regulam ſupra dictam reſpondero, ſiue adfirmem, ſiue negem deſinere, in captione hærebo: adeo ut reſpondendo me furti reũ facio.* ISO. *Quid eſt tibi deceptionis cauſæ?* GOR. *Quoniam obmiſſum ſit, quod minus eſt interrogatione, quod addendum fuerat. Nam qui facere aliquid non deſierit, nõ id neceſſario etiam fecit. Falſa eſt igitur ſpecies iſtius captionis, nec eò procedere poteſt, ut colligi poſſit, me furari, qui me negarim furari deſyſſe. Iſtis profectò moleſtis cauillationibus, poterit quis cauillari quenquã habere pecuniam, qui ipſa ſit omnino uacuus, & non habere oculos, qui habet. Nam, ſi ita aliquem roges. Quicquid non perdidit, habeat an nõ habeat? poſtules, ut aiat, aut neget, utcunq; breuiter reſponderit, capietur. Nam ſi non habere ſe negarit, quod nõ perdiderit, colligetur oculos eum non habere, quos non perdidit. Sin uero habere ſe dixerit, colligetur eum habere pecuniam: quã non perdidit.* ISO. *Quid igitur in iſtis captiunculis, in quibus neceſſum eſt, dolo capi, interrogato faciundum?* GOR. *Addere debet ille, quod ab interrogante fuiſſet addendũ, dicturus. Quod facio, ſi nõ ceſſaro, adhuc facio. Item quicquid habui, id habeo, ſi non perdidi, ſed hac quidem reſponſione legem non tuebitur, quia plus, quã quod eſt rogatus, reſpondet. Proinde ab illis Dialect. ad eam eſt legem additum. Non eſſe captioſis quæſtiunculis reſpondendum. Sufficere quidem optimo cuiq; ſe captioſe ab aduerſario interrogari intelligere, hocq; eſſe ipſum illius ingenij ſubtilis argumentum longe maximum. Et*

ſane in hoc quoq; conuenit inter grauiſſimos Pontificij & Iuris ciuilis authores: qui nimirum cauent, primam captionis ſpeciem non eſſe negandam. dicendum utpote, fateri ſe habere quæ non perdiderit, uerum minime ſeq, ſe cornua uel nõ habentem nummos, nummos habere. Quãdoquidem confeſſio de ijs, quæ habuit: intelligatur, nec ſe alia perdere potuiſſe. Debere quidem antea in rerum natura eſſe, de quo agi debet, quoniam dici uerum nequeat, quod nunquã fuit, nec dici mortuũ quod nunquã uixit, ſic aquis, quæ nondum apparent, ſeruitutem aquæductus non conſtituendam. Ad alteram uero (uti pauloante) deceptionis figuram non eſſe reſpondendum. Siquidem rogatus quis, an hæres ſit non cogatur reſpondeat, uiputa, Si controuerſiam hæreditatis a quopiam patiatur. Ne aut negando ſe heredem, præiudicet ſibi, aut dicendo ſe hæredem illigetur, etiã ablata ſibi hæreditate. Petiturus namq; hæreditat é, quidã hæreditatis creditor rogat, reſpondeam hæres ſim nec ne. Siquidẽ fateor me hæredẽ, creditori me obſtrinxerim, tametſi ſubinde hæreditatem non adeam. Sin nego, ab hæreditatis petitione cado. Conſultum igitur eſt, ne reſpondeam interrogationi captioni, ne alterutra in parte mihi præiudicem: quãquã hodie in diuerſum eatur: quippe, quod poſſeſſor conueniatur ex defuncti contractibus, & ſic rogatus reſpondere debeat. ISO. Pape q̃ pulchre & erudite omnia, ne dicam integre. Cæterum modo uelim cõmonſtres etiam, quo modo reciprocatione quis decipiatur? GOR. Quæ illi Reciproca argumenta, noſtri ἀντιστρέφοντα dixerunt, quæ in ſe uitiũ habent multo maximũ: ijs locus eſt, quoties argumenta propoſita referri contra, conuerti, retorqueri in eũ poſſunt, a quo dicta ſunt, & utraq; pariter ualent. Quale eſt, quo quidã ex meis olim me ludentẽ alea a ludo aſſiduo (quo detinebar) debor

Reciproca argumenta

tari conabatur, ad me inquiens. LVDENS VEL LVCRARIS VEL AMITTIS. *Lucrans, inferos lucro capies.* Ami*tens, cœlũ amittis, ludus ergo tibi ſemp̃ pnitioſus.* Cui ego. Imò *neutrum mihi incõmodabit. Siquidẽ lucraturus, cœlũ non amittã. Amittẽs, inferos nõ lucror, Ludere ideoq; mihi conducet.* Hinc *nõ diſtat, quo nuper* PROTAGORAM *Sophiſtarũ (quãuis ſint qui alium uelint, & qua in re non conſtat inter noſtros) acerrimum aduerſus* Euathlum *diſcipulum eſſe uſum perhibent. Litem quidem inter eos & controuerſiam ſuper pacta mercede de docẽda oratoria hanc fuiſſe accepimus.* EVATHLVS *eloquentiæ perdiſcendæ, cauſarũq; orandi auidus,* Protagoræ Rhetori *daturum ſe promiſit grandem ſane pecuniam, ſi ſe oratoria inſtitueret. Pacto inter utrũq; facto, ut mercedis perſolueret partem à principio, reliquum uero mercedis* Euathlus, *quo primo die cauſam is apud iudices oraſſet & uiciſſet. Cum ſubinde diutile auditor, aſſectatorq;* Protagoræ *fuiſſet* Euathlus, *& facundia plurimum præſtaret, cauſas tamen non reciperet, tempusq; iam multum tranſcurreret, ageretq; id, ne mercedem ex pacto ſolueret, præceptoremq; ſuum (ut uel nunc plæriq; ingrati diſcipuli factitare ſolent) eluderet, ipſumq; præmio defraudaret.* Protagoras *id cognoſcens aduerſus* Euathlum *apud iudices litem conteſtaturus hoc uſus eſt argumento. Diſce inquit ſtultiſſime adoleſcens, utrõq; id modo fore, uti reddas quod peto, ſiue contra te pronunciatum erit, ſiue pro te.* Nam *ſi contra te, mercedẽ mihi ex ſententia, quia ego uicero. Sin ſecundum te, mercedem mihi ex pacto debilis, quia uiceris.* Cui Euathlus, *qui iamdudum præceptoris auxilio ſtudioq; in diſputando incompræhenſibilis, & lubricus euaſiſſet, occurrens inquit.* Diſce *tu quoq; magiſter ſapientiſſime, utroq; id fieri modo, uti non reddam, q̃d*

petis, ſiue contra me pronunciatum, ſiue pro me fuerit. Quandoquidem, ſi ſecundum me, nihil tibi ex ſententia, quia uicero. Sin contra me lata fuerit ſententia, nihil tibi ex pacto debebo, quia non uicero. Tum iudices ancipitem illam argutiam, inexplicabileq́; eſſe, quod utrinq; dicebatur, rati, ne ſententia ſua, utrãcunq; in partem dicta eſſet, ipſa ſeſe reſcinderet, rem iniudicatam reliquerunt, cauſamq; in diem longiſſimam diſtulere. Sic ab adoleſcente diſcipulo magiſter diſciplina eloquẽtiæ inclytus ſuo ſibi argumento, per reciprocationem, confutatus eſt, & captionis uerſutæ excogitate fruſtratus fuit. DISCIT ENIM IN AVTHOREM POENA REDIRE SVVM, ET SAEPE QVIS IN FOVEAM CECIDIT, QVAM IPSE FECERAT. *Illi etiam reciproco argumento etiamnum non prorſus diſſimile eſt illud noſtri* Biantis, *conſulti. ſ. à quodã eſſet ne ſibi uxor cõmode ducenda, an uita cœlebs agenda. Siquidem ille diſſuaſurus ducere uxorem, hoc eſt uſus argumento. Aut pulchram duces aut deformem.* SI PVLCHRAM HABEBIS COMMVNEM, SI DEFORMEM HABEBIS POENAM. *Neutrum uero bonum autumauerim, non eſt ea propter ducenda uxor. Occurrens conſulens ait. Si formoſam duxero pœnam non habebo, Si deformem, non habebo cõmunem, ducenda igitur mihi eſt uxor. Quãquã equidem negauerim hoc, quod ſupra dictum eſt uerum eſſe* ἀντίςρεφον. *quoniam ex altero latere cõuerſum, frigidius eſt, infirmiusq; Quandoquidem* Bias *propoſuerit, non eſſe uxorem ducendã ob alterutrum incommodum, quod neceſſario patiendũ ſit uxorem ducturo. Conuertens autem, non ab eo ſe defendit incommodo, quod adeſt, ſed carere ſe altero dicit, quod nõ adeſt. Satis eſt ideoq́; ad tuendam* Biantis *ſentẽtiam, quod eum, qui*

duxit uxorem, pati neceſſum ſit ex duobus incõmodis alterũ. ISOC. *Quomodo autem diſſoluentur huiuſcemodi cauillæ?* GOR. *Recte dices (ſi uidebitur) conuerſionis partem eſſe inualidam, imbecillemq;, & aliter, quã ſit prima, conuerſam. Aut tale diſiunctum (niſi fallor) uel ideo reprehendes, quoniam non ſit neceſſarium ex duobus, quæ diſiunguntur, alterum, quod in proloquio diſiuncto (ut ſuo loco diximus) deſideratur. Sicut inter formoſiſſimum & turpiſſimum eſſe poteſt tertium, quod mediocre dicitur, quod à nimiæ pulchritudinis periculo, & à ſummæ deformitatis odio uacat. Adde & mi Iſocrates, in ijs plerunq;, uti & in pleriſq; alijs, diſiunctis præſertim proloquijs, & terminos & ſenſus aliter et aliter in aſſumptione & propoſitione ſyllogiſmi accipi, & ſic fraudulenter inibi effici inuerſionem. Cuiuſmodi eſt hoc ipſum dilema.* OMNIS ACTIO APVD IVRISCONSVLTOS EST VEL IN PERSONAM VEL IN REM. *Sed certũ eſt non oẽm eſſe actionẽ in rẽ, neceſſario igitur ſequitur actionem eſſe oẽm in perſonam, id q̃d tum iuxta atq; illud falſum eſt. Vel igitur & dictio omnis mutantur, modo quidẽ uel perinde atq; copulatiua modo diſiunctiua fertur: modo uocula omnis diſtribuit modo colligit, & ſic diuerſum trahit ſenſum. Id quoq; Sophiſma genus Diogenes noſter, cum ipſi à quodam Dialectico ex Platonis diatriba per contumeliam proponeretur ſanè per quã facete ſemouit. Nam, cum ita rogaſſet dialecticus. Quod ego ſum tu non es, & Diogenes annuiſſet atq; ille addiſſet. Homo autem ego ſum: cum id quoq; aſſenſus, & contra dialecticus ita concluſiſſet: homo igitur tu non es, Hoc quidem inquit Diogenes falſum eſt, & ſi uerum id fieri uis, à me incipe. Vides ergo q̃ argutum Diogenis reſponſum?*

Eſt & nõ monoſyllaba

Hoc q; genus ſunt & illa. Quod nix eſt, hoc grando non eſt,

nix autem

nix autem alba eſt, grando igitur alba nō eſt. Quod homo eſt, hoc non eſt equus, homo autem animal eſt, equus ergo animal non eſt. Poſſent horum uel ſexcenta recenſeri, ſed quæ prætetire ſatius eſt q̄ perdiſcere. Conſiſtunt enim cuncta (ſi recte cogites) in duobus tantum monoſyllabis EST, ET NON. *quæ cuncti uolutant. Quibus ſanè demptis, nihil ſit reliqui, quod Sophiſta tractet, uel cæteri etiamnū quiq;, hinc (ut ille luſit) fora diſſultant clamoribus, hinc furioſi Iurgia ſunt circi, cuneati hinc læta theatri Seditio, & tales quoq; agitat curia lites, Cōiugia, et nati cum patribus iſta quietis, Verba ferunt ſtudijs, ſalua pietate loquentes, Huic etiam placidis ſcho la conſona diſciplinis. Dogmaticas agitat placido certamine lites. Hinc omnis certat Dialectica turba Sophorū.* EST LVX, EST NE? DIES ERGO, *non conuenit iſtuc? Sed quid multis? cum hæc & multa id genus plura accipere eſt ex ijs, quæ ſupra diximus. Equidem eiuſmodi Sophiſtas facile deriſerim quia eorum ſit ſcientia nugax, uana, garrula, infans. tametſi non negauerim ſcire eam oportere, etiamnum ea ingenium reddi acutius, quāquā barbarius. Si proinde uidetur, aggrediamur tractatum Amphibologiarum, quæ non minus cōple ctuntur fraudis q̄ cætera.* ISO. *Animum meum præcurris: nempe qui id offers idem, quod flagitaturus eram. Quomodo igitur (ut à definitione res auſpitium capiat) amphibologiā deſcribunt?* GOR. *Eſſe uocem dubiæ ſententiæ uel ſignificationis continentem.* ISO. *Eius quot ſunt ſpecies?* GORG. *Infinitæ propemodum.* ISOCRATES. *Cur?* GOR. *Quoniam fuerint (ex quorum ſanè numero noſter fuit Chryſippus) qui omne uerbum natura eſſe ambiguum dixerunt, quod ex eodem duo uel plura accipi poſſunt.* ISO. *Nunquid cæteris cū illo undecunq; conuenit?* GOR. *Nequaquā. Multis*

Amphibologia

Ambiguum *enim, ueluti in primis* Diodoro, *cui* CRONO *cognomẽ, nullũ cenſuerunt uerbũ eſſe ambiguũ nec queq̃ ambiguũ dicere, aut ſentire, nec aliud dici uideri debere, q̃ quod ſe dicere ſentit is, q dicit. Cæterum, cum quis aliud ſenſit, alter aliud accepit, ob ſcure magis dictum q̃ ambiguæ uocis uideri. Illam enim eſſe ambiguæ uocis naturam, ut qui diceret, duo uel plura diceret. Neminem uero duo uel plura dicere, qui unum ſe dicere ſentiat.* ISO. *Quid tibi autem ea in re iudicij?* GOR. *Facile* Diodoro *acceſſerim, ſi ad loquentem, adq́; ipſam ueritatem, & uocabuli proprietatem reſpexero. Quandoquidẽ qui loquitur (quod & legum peritis uidetur) in ambiguo ſermone non utrunq;, ſed id duntaxat, quod uoluit, dixit. Et is, ſi aliud dicit q̃ uult, neq; id dicit, quod uox ſignificat, quia non uult id neq; id quod uult, quia id non loquitur. Sed reuera in animo auditoris ſæpenumero ambiguitas, ſeu Amphibologia ſuboritur, qua quia credit unum, & nõ aliud dici, decipitur: Nimirum deceptionis multiplicitas ſignificati cauſa eſt.* ISO. *Huiuſcemodi dolis in quem modum occurritur, & qui diſſoluuntur?* GOR. *ſola ſignificatorum diſtinctione, utpote, dicet, qui eſt deceptus. Aliud ſignificat ille uel iſte terminus in propoſitione, aliud in adſumptione: ex qua profecto partitione facillime quis deprehendet uniuſcuiusq; enuntiationis & ueritatem & falſitatem, ſiue ea inſit propoſitioni ſiue adſumptioni, ſecundum quas neceſſum ſit illatum iri concluſionem, aut ueram aut falſam: quippe quæ ex ijs prognata pari ſem per gradum ſubſequitur, uti ſuam matrem proles.* ISOC. *Quibus fit amphibologia?* GOR. *Vocibus aut ſingulis aut coniunctis.* ISO. *Singulis qui?* GOR. *Cum pluribus rebus, aut hominibus eadem eſt appellatio, Vnde demum error apud audientem inſurgit. Veluti.* GALLO STERCORA

potius q̃ margaritæ conueniunt. At Franci Galli ſunt Galli, Francos igitur Gallos ſtercora q̃ margaritæ magis decent. Diſtingue idcirco. Gallum ſignificare auem, gentem, nomen, corporis fortunam. Ita quoq; in uerbis uerſatur Amphibologia. Quod currit, pedes habet, Aqua currit, pedes ideo aqua habet. Solue. uerbum currere eſſe proprium & translaticium. Deniq; fit, quando dicto duabus eſt integris partibus conflata, quarum utraq; quid per ſe ſignificat. Sic apud nos nuper contendebant λεῶν & παντα λέον, cum ſcriptura dubia fuerit. Bona omnia λεοντι, an bona παντα λεοντι relicta ſint. ISO. Quomodo fieri adſolet in coniũctis, ideſt, in orationibus? GOR. Quando ita inſtructa eſt oratio uel per caſum uel per collationem, ut dubium ſit, quid quo referri oporteat: ac frequentiſſime, cum quid, quod medium eſt, utrinq; trahi poſſit. Veluti hoc fuit Apollinis reſponſum. Aio te Aeacida Romanos uincere poſſe. Eius quoq; eſt generis Iuriſperitorum illud. Quidam iuſſit poni ſtatuam auream haſtam tenentem. In quæſtionem uenit. an Statu haſtam tenens, aurea eſſe debeat, an haſta aurea, in ſtatua alterius materiæ. ISO. Fit ne alio etiamnum modo Amphibologia? GOR. Per flexum. Quale eſt. Quinquaginta ubi erant, centum inde occidit Achilles. Addiderim & tum fieri, ubi in dubium uenit, utri duorum antecedentium ſermo ſubiunctus ſit. Qualis eſt hæc apud legum conſultos controuerſia ſatis protrita & peruagata. Hæres meus uxori meæ dare damnas eſto argenti, quod elegerit, pondo centum, uter eligat quæritur? ISO. Quomodo hæ Amphibologiæ emendantur? GOR. Quæ fit caſu, mutatione caſuum emendatur, uti, accuſatiui geminatione facta amphibologia ablatiuo ſoluitur, ut AIO TE AEACIDA A ROMANIS VINCI POSSE. quis

alias ablatiuo, ut plurimum naturalis inſit apud Latinos Amphibologia, ut cœlo decurrit aperto. Vtrum per apertum cœlum, an cum apertum ſit, in dubio eſt. Quæ uero fit collocatione diſſoluitur diuiſione reſpirationeq́; & mora. utpote Statuam, deinde auream haſtam, uel Statuam auream, deinde haſtam. Dubia demum ſubiunctio adiectione emendatur. Argentum, q̃d elegeret ipſe, ut hæres intelligatur, uel ipſa, ut uxor.

ISO. *Fit ne alio modo Amphibologia?* GOR. *Productione uocis & correptione. Nam & tum relinquitur cauſa in ambiguo, ut ẽ Dictiuncula Malum, quæ pro pomo primam producit, & pro arbore nauis. Sed pro animi infirmitate, malus, a, um. eandẽ breuiat. Verbi gratia, ita hinc Sophiſma ducitur. Quod malum eſt, omni fugiendũ eſt tempore. Pomum eſt malum, Pomum igitur unicuiq; & ſemper fugiendum. Reſpondebis ad hanc uel conſimilem argutiolam. In nomine malum iuxta uocis ſeu ſyllabæ quantitatem uariari ſignificatum. Et ita habes, mi Iſocrates, quibus Sophiſtæ inſtrumentis & machinis nobis inſidias parant, & ueritatem aliquoties impugnare attentant, ſibiq; (quod equidem ſæpenumero animaduerti) doctrinam, & quidem Amphibologijs maxime, corã tamen indocta inconſtanteq́; plebecula, non autem apud eruditos (quãquã agant hoc ipſum nonnunq̃) aucupantur.* SVNT ENIM EIVSMODI SOPHISMATA *araneorum telis non diſſimilia: quippe, quæ ſi in eas uel muſcæ uel culices uel hoc genus imbecilla animaliola inciderint, facile detinẽt. Sin ueſpæ uel apes eò uenerint fractæ nequaq̃ tenere queunt. Sic pariter Sophiſmata Docticulos & idiotas occupant non etiam ſanè doctos, qui rhetia infringere poſſunt. Et me hercle ijs Sophiſticis capi argutijs magis eſt ridiculum q̃ periculoſum: haud ſanè aliter ac præſtigiatorum fraudes,*

quæ & cum uoluptate aliquando fallunt. Nec uelim quēquā hiſce uſurum ineptijs in diſciplinis illis grauioribus, THEOLOGIA IVRISCIENTIA, ORATORIA, & ſi qua eſt harum ſimilis: quoniam inibi non ſit ludendū, neq; deceat argutari, neq; expediat torquere quicquā, nedū falſa defenduntur, fides ueritati abrogatur. Quandoquidem SIMPLEX, ut Tragicus noſter dixit, VERITATIS oratio. ISO. Et mihi quoq; uidetur. Sed eia age cædo, ſunt ne plures Amphibologiarum ſpecies? GOR. Plures quidē, ſed quas perſequi numero ſit non tam inutile q̄ laborioſum, et tedio plenum: nempe quas facillime intelliges ac dilues, ſi grāmaticem calleris. Sunt enim inibi pleraq; quæ ad Grāmaticum quā ad Dialecticū prope magis attinēt: nolim itaq; te ineptiarum immenſa congerie obrutum iri: ceu pluſculi noſtra factitiauerunt memoria, qui neſcio an Tyrones Dialecticem magis doceant, an dedoceant, quod certe magis credam, cum nunc non aliud quā & barbariē & cauilla reboāt. ISO. Id ſanè uerum eſt, quod dicis, hocq; ipſum ſcio pleroſq; ſuo incommodo eſſe expertos, qui ſuo longo penè q; inueterato in Dialecticis diſciplinis ſtudio tatum abeſt, ut Philoſophi ſint, ut etiam philoſophaſtri uix appellari mereantur. Verū, ijs (quæ nihil ad me) ſilentio obmiſſis, & ſurda (ut dicitur) aure, uelim te mihi ſummatim dicturum, quis ſit harum dubitationū & fallaciarum diſſoluendarum modus? GOR. Nil inibi diſtinctione ſubtili melius: præſertim cum in loquendo uoceq; ipſa ambiguum diuerſatur. Sin autem alias, utpote ſcriptis profuerit impendio ſcire, uter ſit ſermo ſecundum naturam magis, & quid inibi æquius. Vtrum is, qui ſcripſit, ac ſic dixit, ſic uoluerit. Id quod nonnunquā coniecturis quibuſdā, materæ perſonarumq; affinitate colligi poteſt. Ita inter Iu-

riſconſultos itum eſt in controuerſiam. Cum quidã numerum nummorum legaſſet, neq; eo defuncto apparuiſſet, quales legati eſſent nemini. Eſt reſponſum, eo in dubio ipſius patrisfamil. conſuetudinem, regionem, in qua is conuerſatus ſit, exquirendam: ſed et mentem patrisfamil. & legatarij dignitatem et charitatem & neceſſitudinem. Item demq; earum, quæ præcederent, uel quæ ſequerentur, ſummarum ſcripta inſpectanda: & ita nimirum in ueritate expiſcanda nihil intentatum relinqui debet. Sic alias docent Iuriſconſulti in ſtipulationibus, quoties ambigua ſit oratio id ſanè accipiendum, quo res, de qua agitur, in tuto ſit. Primum quidem ſequendum, quod actum eſt. Veluti cum Stichum ſtipuler, & ſint plures Stichi. Vel hominẽ Carthagini, cum duæ ſint Carthagines. Quare ſemper agundum in dubijs, ut quã tutiſſimo (ut dixi) loco ſit res bona fide cõtracta, niſi cum aperte contra leges eatur. Sic in hac Amphibologia in compoſitione. Duo & tria ſunt quinq;. Quæ nimirum oratio diuiſa falſa ſit. cum uelit duo eẽ quinq;, & tria eſſe quinq;: & equidem ego ſæpe πάντα (quod aiunt) λιθον κινω, Omnem lapidem moueo. Quare etiamnum facile accipis, in hanc rem ualere non tam eruditionem, quã naturale quoddam ingenium adiutare conſueſſe. Id quod in illiteratis & ἀναλφαβετικοις aliquando eſt agnoſcere: qui & ipſi plerunq; Sophiſtæ, natura quadam opem ferente, ita Syllogiſmis agunt & argumentis, ut ne Doctis quidem arte aliquem relinquant locum. ISO. Equidem ex noſtris, qui id præſtant egregie, complures noui: quos uel nõ potui non demirari. Et Mediusfidius, ij non uulgarẽ mihi ſpem adiunxerunt, non eſſe in Dialecticis, quod non poſſit, duce præſertim magiſtro, & uſu, quo omnia continentur, à quopiam intelligi. GOR. Tibi quoq; in primis non eſt hæc

rendum, quin uel difficillima quæq; ſis intellecturus, nó modo, quæ ad Dialecticen, *Verumetiam, quæ ad ſublimiores* Diſciplinas *perinde atq; huius dominas, attinent.* ISO. *Synœrum agis præceptorem, qui me laudando (quod equidem in quibusq; optimis plurimum ualere putauerim) ad litterarum ſtudia cohortaris. Cæterũ, Vnde tantum tibi de me opinionis?* GOR. *Quod nihil tibi neq; à natura, neq; à doctrina deeſſe animaduerterim, quod non mihi de te maxima quæq; polliceatur. Nam qui de eo dubitem? cui omnia ſuppetunt, quæ uel conſequi ingenio uel uſu uel diligentia poſſunt.* ISO. *Tuæ nimirum in huius iudicij genere authoritati, quã alterius rationi deferre longe malim. Ego quidem de me ipſo profiteri audeo nihil, qui in te magis quã in me pendeo. At poſtremo,* MI GORGIA *tuæ in me pietati gratias ago, & habeo equidem quantas maximas animus meus capere poteſt. Cui profectò gratia referri à me tanta haud quaquã poteſt, quãta debetur: tametſi ſuo me tempore aliquam uel mediocrem relaturum ſperem.* GOR. *Nec ſanè a me tibi minor debetur gratia, quoniam ſupra, quã dici poteſt, attente me audiueris. Cæterum,* SVRGAMVS, *hinc abituri: nosq; curemus, & tamtandẽ ab hac noſtra diutila diſſertatione aĩos noſtros laxemus.*

FINIS.

DEO OPT. MAX. LAVS HONOR, GLORIA, DECVS, IMPERIVM.

PADVAE.

NOBILISSIMO OMNIVM BONORVM STVDIORVM MOECENATI, THEODERICO DE HASLACHI THEVTONICAE DOMVS PATAVII GVBERNATORI LONGE SAPIENTISSIMO, NAVSEA BLANCICAMPIANVS. S.

SAPIENTER NIMIRVM ET *cãdide, Nobiliſſime Mœcenas, exigis, ut, meum, cui Rhetor eſt Titulus libellum Reuerendiſſimo in Chriſto Ampliſſ. q; patri, preſbytero* CARDINALI LAVRENTIO CAMPEGIO *dicatum, ædam. Quandoquidem uir tantus, tamq́; inclytus patronus mereatur, ut quæq; uel minima eius inclytum celebrent nomen: nempè cui omnes meas debeo literas, in quo uel uno literæ ipſæ omnesq́; bonæ artes æq́; atq; in Muſæo quodam uiuant & floreant: uerum enimuero non decere arbitror tam uenerandus tamq́; numen ſanctum quicquam, niſi quod omnibus ſuis ſit partibus e:nunctum, caſtum, elimatumq;. Te haud ſanè præterit, tantum mihi hactenus & occupationibus diſtricto, & incommoda ualetudine affecto nec temporis nec ocij ſuperfuiſſe, quantum iſtius operis inſtituti emendationi dare potuiſſem. Quare non ægre feres, ſi tuis mihi precibus hoc addidero temperamentum, ut ex duobus, quorum alterum efflagitare uideris eligam id potius, in quo rem non modo Ampliſſ. illius uiri dignitate, ſed & meo officio, dignam efficiam, & non tam tuo etiam ſtudio, quàm*

iudicio ſatisfaciam. Siquidem tranſmittam ad illum aliquod ex Rhetore meo libamen, cuius ille guſtũ pitiſſare poſſit, aſperum ne ſit an lene, quod ex eius uinea illi ſum deinde uinum miſſurus. Id quod ſanè priſcorum, & eorum prudentum exemplo ductus faciam. Cõſtat etenim antiquos planè ſcriptores ſæpenumero librorum prĩcipia, parteſq; operum aliàs, iudicandi gratia, ædidiſſe: quod nõ dubitarent, quum pars uel ſola aliqua, ſine cæteris, aliquoties perfecta eſſe poſſit, totorumq; operum eam præſtare cenſuram, & ita aliquando ad operis guſtum opus ſubinde totum reſponſurum: & uere quidem, quoniam iuxta prouerbium EX VNGVE EST LEONEM COGNOSCERE. *Mitto igitur ad te hoc noſtri inquam Rhetoris infra ſcriptum tentamen, paucos intra dies deinceps ad Ampliſſ. illud meũ Mæcenatem* LAVRENTIVM CAMPEGIVM *miſſurus. Cuius equidem examini ita ſtandum mihi cenſuerim, ut ſi quid de operis parte retulerat, ego tandem in continendo toto opere uel cautior, uel in ædendo, ſi huc uel illuc illius authoritas acceſſerit, conſtantior ſim futurus. Vale in Chriſto deo Opt. Germaniæ Ornamentum, dulceq; decus meum.*

QVID CAVSA, NEGOTIVM, CONTROVERSIA, QVAESTIO. STATVS

D Iximus in opere ipſo, Oratorem in cauſis uerſari, cauſas complecti negocia, in rem proinde futurum, quid cauſa, quid negocium, quid controuerſia, quid ſtatus, qd quæſtio ſit paucis adnotare: quo intelligi queat, de quo uerba ſumus facturi. CAVSAM, *Apollodoro & Fabio definitoribus, dicimus eſſe negocium, omnibus ſuis partibus ad quæſtionem ſpectãs. Aut eſſe negocium,*

cuius ſit finis controuerſia. NEGOTIVM, eodem Apollodoro authore, definimus eſſe congregationem perſonarum, locorum, temporum, cauſarum, modorum, caſuum, factorū, Inſtrumentorum, ſermonum, ſcriptorum, & non ſcriptorū. A quo parum uel nihil diſſentit Cicero inquiens, Cauſam certis pſonis, locis, tpibus, actionibus, negocijs cerni, aut oibus aut pleriſq; eorum. Idem alias inquit, Cauſam eſſe rem, quae habet in ſe controuerſiam in dicendo poſitam, cum certarum perſonarum interpoſitione. Iſocrates ait cauſam eſſe quaeſtionem ciuilem finitam, aut rerum controuerſiam in perſonarum finitarum complexu. CONTROVERSIAM uero definimus certarum eſſe perſonarum de re aliqua contentionē. Scribit alio quoq; loco Tullius, Omnem ciuilem orationem in horum alterutro genere uerſari, aut definire à controuerſia certis temporibus ac reis: uti placeat, ne à Venetis captiuos noſtros, redditis ſuis, recuperari? aut infinita de uniuerſo genere, quaerente, quid omnino de captiuo ſtatuendum ac ſentiendum ſit? Atq; horum ſuperius illud genus cauſam aut cōtrouerſiam appellari, eamq; tribus lite, aut deliberatione aut laudatione definiri. Hanc uero alteram quaeſtionem infinitā, & quaſi propoſitam conſultationem nominari. Idem etiamnū alias ait, pleroſq, ſcriptores in partes totam rem duas diuidere, In cauſae controuerſiam, & in quaeſtionem. Cauſam dici, rem in diſceptatione rerū, & controuerſia poſitā, QVAESTIONEM rem in infinita dubitatione ſitam. STATVM uero definiunt, in quo primo Orator inſiſtit, perinde ad repugnādum congreſſam defenſionem, illūq, ex prima naſci conflictatione: nempe, i quo cauſa maxime uertatur. Cuius hoc eſt exemplum. Intentio eſt, Homicidium feciſti. Defenſio eſt. Homicidiū nō feci. Quaeſtio, An fecerit? Hinc ſanè

uolunt ſuboriri conſtitutionem coniecturalem, quæ & STATVS nuncupatur, quem eſſe perhibuerunt, Coniecturalé, Iuridicialem, & finitimum ſiue legalem. Veluti in Rhetore ad ſaturitatem docuimus.

DE CAVSARVM GENERIBVS, ET HORVM PARTICIONE, INVENTIONISQVE RATIONE.

Cauſarum, quas finitas ac ſpeciales appellant, tria eſſe genera pleriq; oēs conſentiunt. Demonſtratiuum, De liberatiuum, Iudiciale. Quorum alij aliam, ut ſuo cuiusq; ingenio placuit, Inſtitutionis cauſam fuiſſe ꝓhibuerũt. fuere enim, qui hæc tria cauſarum genera ita uoluerunt inſtituta, quoniam laudes ac uituperationes dici, plurimumq; in capiendis conſilijs, Iudicijsq; finiendis operis conſumi uideretur. Alij, quod ex ijs unum ad delectationem conueniret, Alterum, quod conſilium caperet, Tertium, quod de cauſis iudicaret. Alij (quos equidem magis probauerim) quia omne Oratoris eſſet officium Aut in iudicijs: & manifeſtum haberet nomen Iudiciale. Aut extra iudicia, & illud uel præteritum haberet tempus, & ſic ſit demonſtratiuum (præterita quidé, ut plurimum, uel laudamus uel uituperamus) uel futurum, & ſic ſit deliberatiuum. Natura quidem comparatum eſt, ut, niſi de futuris quis nec conſulat nec deliberet. Denique non defuere, qui hanc triplicem generum deſtributionem à triplici locorum differentia factam arbitrētur. Veluti, in Roſtris Demonſtratiuum, In Curia Deliberatiuum, In foro Iudiciale.

QVID GENVS CAVSARVM DEMONSTRATIVVM, DELIBERATIVVM, IVDICIALE.

DEmonſtratiuũ cauſæ genus, authoribus Cicerone & Quintiliano definiunt, q̄d circa uel laudẽ uel uituperationem certæ alicuius uel rei uel pſonæ uerſatur. In quo quidem genere non ſolum cum aut laudamus aut uituperamus uerſamur, ſed & cum quærimur, conſolamur, concitamus, minamur, placamus, confirmamus, interpretamur, narramus, deprecamur, gratias agimus, gratulamur, obiurgamus, maledicimus, mãdamus, renuntiamus, ſupplicamus, hocq; genus ſanè alia complura. Veluti in Rhetore docuimus, uſi exẽplo Orationum Ciceronis in. M. Antonium, & Panagyrici Plinij Nepotis ad Traianum, et aliorũ quoq;. Solet hoc ipſum cauſæ genus à Cicerone & alijs nonnullis à melio re quidem parte (complectitur enim & laudandi & uituperandi partem) appellari laudatiuum, à Græcis modo ἐγκωμιαστικὸν modo ἐπιδεικτικὸν uocatum. Deliberatiuum, quod ab Ariſtotile etiam Concionale nuncupatur, eſt quod in conſultatione poſitum habet in ſe ſuaſionem & diſuaſionem, ideſt, cauſæ dictionem ad utranq; partem, ut an Gallus Chriſtiani orbis ſit hoſtis iudicandus & ad internecionem exterminandus?, Iudiciale genus dicunt, quod in controuerſia poſitum, habet in ſe accuſationem, in ijs ſcilicet, in quibus q̄ de perſona agitur, aut peticionem, cum de rebus futurum eſt iudicium, cum defenſione, hoc ad utranq; refertur partem. neq; .n. ſtatum ex intentione, tantum ſiue depulſione eſſe poſſe pleriq; omnes contendunt.

VTRVM GENERA CAVSARVM IN ORATIONE ALIQVOTIES MIXTA REPERIANTVR.

HAVD ſanè me latet fuiſſe, qui putarunt laudādi materiam honeſtorum: Deliberandi utilium: Iudicandi iuſtorum quæſtione contineri. Equidē eam magis rotundam & nouam, quā ueram partitionem duxerim. Cū conſtet, uel ex Ciceronis paſſim orationibus, exq; ipſo facto plerunq; ſimus experti, in laude præter honeſtatem: iuſtitiam quoq;, & utilitatem tractari, & in deliberatione non utilitatem magis quā honeſtatem attendi, nec deniq; à iudicijs iuſtitiam honeſtatem excludere: & ſic re quidem uera hæc ipſa tria cauſarum genera mutuis perinde ſubſidijs eſſe connexa. Quapropter ſummatim libet cōcludere, Omnes cauſarum ſpecies ijs tribus planè generibus comprehendi, horumq; materias paſſim ſimul in oratione una conuenire. Nec ullam earū eſſe, in qua non laudare aut uituperare, ſuadere aut diſſuadere, intendere quid aut depellere ſit neceſſe, & aliquoties maiorem horum in actione partem coacer uari. Hoc eſt, uſu euenire, ut una eademq; oratione genus contineatur & demonſtratiuum et deliberatiuum, ueluti in Rhetore ſecundæ Ciceronis Philippicæ exemplo oſtendimus.

QVIBVS OPORTEAT REBVS ORATOREM ESSE INSTRVCTVM.

IN oratore eſſe oportet Inuētionē, Diſpoſitionē, Eloqutionē, Memoriā, et Pronūtiationē. INVENTIONEM ſcribit Cicero eē, rerū uerarū, aut ueriſimiliū, quæ cauſam probabilē reddunt, excogitationem: & eſt quaſi orōnis corpus. DISPOSITIONEM eſſe ordinem & rerum diſtribu

tionem, quæ, quid locis ſit ſuis collocandũ, demonſtret. ELOCVTIONEM, idoneorum uerborum, & ſententiarum ad inuentionem accomodationem. Qua in parte profuerit plurimum ſuo quidem loco & tempore Oratorem uti et Tropis & Schematis, & ſingulorum uerborum inſignibus, quæ habent plurimum ſuauitatis, ideſt, uerbis, & factis aut uetuſtis, aut translatis, & in ipſa conſtructione uerborum, ut paria paribus, & ſimilia ſimilibus ſæpenumero referantur, ut contraria, ut geminata, ut circũſcripta numeroſe non ad ſimilitudinem uerſuum, ſed ad explendum aurium ſenſum, apto quaſi quodam uerborum modo, uti in Rhetore abunde cõmõſtrauimus. Præterea ERASMVS ille noſter ROTERODAMVS Magnus poſt Ciceronem & Quintilianũ, alioſq; antiquos Oratores Rhetoreſq; in ſuis Copijs diſertiſſime hoc genus multa eſt exequutus. MEMORIAM, eruditionis theſaurum, dixerunt eſſe firmum animi rerum, & uerborum & diſpoſitionis præceptionẽ. PRONVNTIATIONEM uocis, uultus, geſtus cum uenuſtate moderationẽ. De q̃bus uel ſingulis in Rhetore noſtro abunde nõ eſt legere.

DE INVENTIONIS SEV ORATIONIS PARTIBVS.

INSTRVITVR, utplurimum, oratio ſex ſanè partibus Exordio ſcilicet, Narratione, Diuiſione, Cõfirmatione, confutatione, Cõcluſione. EXORDIVM principium orationis eſt, quo animus auditoris uel iudicis conſtituitur, uel ad audiendum apparatur: De quo ſubinde latius docebimus. NARRATIO rerum eſt geſtarum, aut perinde geſtarum expoſitio. DIVISIO eſt, qua aperimus quid conueniat, quid in cõtrouerſia ſit, qua etiamnum

exponimus quibus de rebus dicturi ſumus. CONFIRMATIONEM *eſſe dicunt noſtrorum argumentorum cũ ad ſeueratione expoſitionem.* CONFVTATIONEM *uero contrariorum locorum diſſolutionem.* CONCLVSIONEM *eſſe artificioſum orationis terminum. De quibus ſane partibus nõ eſt, ut multa hoc in loco quis deſideret: cum in Rhetore de ijs non tam copioſe q̃ compendioſe dixerim.*

DE GENERVM CAVSARVM QVALITATIBVS

H*Is ita intellectis congruum deinceps erit et neceſſarium, ut Orator cauſa poſita, genus, qualitatem ue diligenter trutinet, ut pote honeſtum ne ſit an turpe, dubium an humile genus. Quandoquidem orationis partes iuxta cauſæ genus inſtruuntur & coaptantur. Profuerit igitur ſcire Cauſæ eſſe qualitatem uel honeſtam uel turpem uel dubiam uel humilem.* HONESTAM *quidem cum aut id defendimus, quod ab omnibus defendendum uidetur, aut id oppugnamus, quod ab oĩbus oppugnari debere uidetur, ut pro Rep. contra Reip. hoſtem pugnare.* TVRPEM, *cum aut honeſta res oppugnatur, aut turpis defenditur.* DVBIAM, *cum adeſt & honeſtatis & turpitudinis pars.* HVMILEM *cum contempta res ante effertur. Quam quoq; rem in Rhetore abundantius & ſuis quidem exemplis tractauimus.*

DE EXORDII PARTIBVS ET VTILITATE

Q*Voniam hac ſola in parte Rhetorẽ noſtrũ ad dignoſcendum propinauerimus, nõ eſt quod de omnibus, & ſingulis orationis partibus quiſquam me dicturum uelit, ſed de ijs ad*

Rhetorem

Rhetorem ſtudioſiſſimum quenque remiſerim. De Exordio autem eſt, quod dicam, nempè quod ipſum ſit orationis pars adeo magna atq; præcipua, ut ſine eo oratio ſit trunca, perinde q; ac corpus citra caput (quod turpiſſimum ſit) habeatur. Quãmobrem etſi forte quis (nam in genere deliberatiuo abſtinere licet exordio) pro re & tempore poſſit principiũ obmittere, debet is, ſi non neceſſitate, ſaltem pro rei ornamento, uti principio. Quemaũdum Choraules, Citharœdos, idq; genus artifices uidemus quædam ante legitimũ cantum, quo qui alioquin intenti ſunt, etiam attentiores fiant, præcinere. Sciendum ideoq; erit, Exordium in duas diuidi partes, In principium, & inſinuationem. IN PRINCIPIIS rectam eẽ oportere beneuolentiæ & attentionis poſtulationẽ. Quæ cum in turpi genere cauſæ eſſe non poſſit, INSINVATIONE uti licebit, quæ in animos auditorũ maxime ſurrepat, ubi fraus cauſæ non ſatis honeſta eſt, uel qa res ſit improba, uel qa ab hoĩbus parũ probetur. Qua ẽt in p̃te nec illud prætereundũ cenſuerim, Principiorũ præcepta et narrationũ in totis eſſe orationibus conſeruanda. EXORDIORVM uero finalis cã ex triplici ſanè utilitate colligitur, docilitate, attẽtione, beneuolentia, ad q̃ omniũ orationũ principia referuntur. Quãdoquidẽ nemo ſit, qui ignoret, animos auditorũ aliqua harum rationum ad perpetuam orationem audiendam diſponi, Delectatione, utilitate, honeſtate. Hæc quoq; tria, etſi ſub uno quoq; eorum commodorum docilitatis, attentionis, beneuolentiæ compræhendi poſſint, quibuſdam tamen rationibus delectationem, docilitati, utilitati, attentioni, honeſtatem beneuolentiæ attribuendam. Nam qui aliquid doceri ac diſcere cupit, eum ut audire delectet, neceſſum eſt. Quæ uero utilia uidentur, ea imprimis attentionem auditoribus inducere ſolent

At quæ honeſta, laudabiliaq́; habentur, ea gratioſis, fauentibusq́; animis excipiuntur. Poſtremo nec illud eſt ſilentio inuoluendum, Illa tria commoda docilitatem, attentionem, beneuolentiam omnibus exordijs, nec principijs magis, q̃ inſinuationibus cõmunia eſſe, aliter tamen principio, aliter inſinuatione parari. Quibus aũt modis alioqui poſſit orator facere docilitatem, attẽtionẽ, beneuolẽtiã, inuenire erit ubertim in Rhetore.

A QVIBVS SINGVLA CAVSARVM GENERA EXORDIRI DEBEANT.

VBI orator ea, quæ & breuiter & obiter & ſummis quaſi labijs attigimus, nouerit, uideat mox deinde quale quodq́; cauſæ genus amet principium. Siquidem genus cauſæ dubium ſit, à beneuolẽtia recte principiũ conſtituet, ne quid illa turpitudinis pars ipſi obeſſe poſſit. Sin humile fuerit genus, attentioni rectius ſtudebit. Sin turpe, admodum tuto utetur inſinuatione, niſi nactus fuerit, quo aduerſarium criminando, beneuolentiam captare poſſit. Sin honeſtum cauſæ genus ſit, in arbitrio erit Oratoris uti principio uel non. Si uti uoluerit, ſciendũ profuerit, Duo principiorũ genera maxime in cauſis honeſtis probari. Vnũ, quo ipſius cauſæ honeſtas auditoribus patefiat. Proinde breuiter Orator oſtendet, quare cauſa, quam agit, honeſta ſit. Id quod Cicero alias ſæpicule, perbelle tamen obſeruauit in eius orationis principio, quam de Cn. Pompeij imperio ad populũ habuit. Nimirum ubi & tempus, & cætera ſibi ad dicẽdi ex ſententia data eſſe propoſuit, id inquit ſibi maxime lætandũ eſſe, quod talẽ habeat cauſam, in qua nemini oratio deeſſe poſſit: quoniam de ſingulari, eximiaq́; Cn. Pomp. uirtute ſibi ſit

dicendum. Alterum uero exordij genus in cauſis honeſtis eſt, quum earum rerum, de quibus dicturi ſumus, propoſitione dociles facimus auditores. Id quod tum rite fieri exiſtimauerim. quando de quibus Orator ſit dicturus, ea ſunt, quæ q́ſq; facile intelligit, honeſta eſſe, aut aliquo modo ad ſe pertinere. Vti eſt illud Ciceronis Philippicæ primæ in .M. Ant. quod clare euidenterq́; commonſtrauimus, cum orationes in .M. Antoniū Patauij interpretabamur, & clarius uniuerſa in Rhetore. Pro guſtatione hæc crediderim ſuffectura. Poſt hac paucula ſaltuatim membratimq́; ſubijciemus de genere cauſæ & deliberatiuo & demonſtratiuo. quod utraq́; frequēter in una eademq́; oratione permixta concurrant. De genere uere Iudiciali Rhetor nihil ſubticebit: quippe, quod diffuſius hic tractari nolit, & cæteris duobus infrequentibus ſit.

QVAE IN ORATIONE GENERIS DELIBERATIVI OBSERVANDA SINT GENERATIM.

QVAM ſit & utile & neceſſarium orationis in genere deliberatiuo artificium, norūt inter cæteros optime qui uel ad Imperatores uel reges uel principes legationibus perfuncti ſunt: qui, ut plurimum, in eo dicendi genere uerſantur. Quamobrem non oberit eo de genere nonnulla & quidē breuiſſima attingere. In orationibus deliberatiui generis Orator ſuadet & diſſuadet, quem uel eam ob rem primum conſiderare oportet, quid aut poſſit fieri, aut non poſſit, & quid neceſſe ſis, aut non neceſſe. Quandoquidem certum ſit deliberationē tolli, ſi qd effici nequeat, tametſi utile ſit, ac neceſſe. Neceſſe uero dicimus, ſine quo ſalui liberi ue eē nōpoſſumus.i.re

liquis & honeſtatibus in ciuili ratione, & commodis antepo-nendum. Præterea, quando in quæſtionem uenit, quid fieri poſſit, debet Orator penſiculari, q̃ poſſit id fieri facile. Perdifficilia enim, inquit Tullius, aliquando perinde atq; ea, quæ effici nequeunt, haberi. Deniq; Orator illud, quod permagni interſit pro neceſſario habere poterit. Ea propter, qui ſuadet dicet hoc uel illud fieri, quoniam utile ſit, & fieri poſſit: eãq; ſimplicem rationem argumẽtis uel rationibus uel exẽplis, aut quouis alio modo grauiter probabit. Diſſuaſurus uero dicet, non fiat, quia inutile eſt, aut non ſuſcipiatur, quia fieri nequit, & eam ſane etiamnum duplicem rationẽ probabit. Sic ſubinde ſuaſori utrunq; docendum eſt, diſſuaſori alterum infirmare ſat eſt. Sic quoq; admonuerim Oratorem diligenter debere, quæ ſint utilia, neceſſaria, bona, mala, poſſibilia, honeſta conſiderare. de quibus poſt Ciceronem eloquentiæ parentem aliqua in Rhetore diximus: hæc in præſentia attigiſſe ſufficiat.

QVAE OPORTET ORATOREM IN GENERE DICENDI DEMONSTRATIVO OBSERVARE PRAECEPTA.

PLVRIMIS notatum eſt experimentis, & ex factis cognitum, ſæpenumero genus dicendi demonſtratiuum cum deliberatiuo concurre, ita, ut uſu eueniat Oratorem uel ſuaſurum uel diſſuaſurum quicq̃ in eadem quoq; oratione oportere uel rem quãpiam uel perſõnam. ſ. cuius cauſa dicit, laudare, uel, contra quã dicit, uituperare, & in odium omni quidem arte trahere. Quapropter rẽ notatu dignam me facturum puto, ſi ea, a quibus poſſit quis uel laudari uel uituperari, & quo ordine breuiter ſubijecero.

SCIENDVM *igitur generatim omnia, quæ cum uirtute coniuncta ſunt, laudari, quæ cum uitijs, uituperari poſſe, licet minus æqualiter. Poterit etenim* Orator *quempiam in tribus ſanè generibus & laudare & uituperare, uel enim à bonis animi, ut à uirtute, doctrina, ſapientia, uel corporis, ut à ualetudine proſpera, dignitate, uiribus, pulchritudie, hocq; genus alijs. Vel fortunæ, ſeu ab externis bonis, ueluti ab honore, diuitijs, genere, amicis, patria, potentia. & id genus multis. Primum itaq; laudabit ab externis, puta, genere, quo breuiter modicéq; laudato, aut ſi erit infime prætermiſſo; Si humile uel prætexto, uel ad augendam eius, quem laudat, gloriam tacto. Deinceps, ſi res patiatur, de fortunis erit et facultatibus dicendū: poſtea de corporis bonis: Deinde eſt ad facta ueniēdum, quorum eſt collatio triplex. Aut enim temporum eſt ſeruandus ordo, aut in primis recentiſſimum quodq; dicendum. Aut multa & uaria facta in propria uirtutum genera dirigenda. Ex quibus nimirum patet, quibus una (eſt enim eadem contrariorum diſciplina) quēquā & in quem oporteat modum uituperare. Qua profectò in re utile fuerit, ſcire cuiuſq; ætatis uirtutes peculiares, & uitia magis contraria. Prudentia enim in iuuene & ſcientia ꝙ in ſene admirabilior: luxuria in ſene ꝙ iuuene turpior. Videre demum erit neceſſarium, in laudando & uituperando non tam quæ in corpore, aut in extraneis rebus habueritis, qui uel laudatur uel uituperatur, ꝙ quo pacto hiſce rebus ſit uſus. Siquidem fortunam & laudare ſtulticia, & uituperare ſuperbia ſit. Animi uero laus honeſta, & uitupatio uehemens eſt. In ijs enim quæ ſunt uel corporis uel fortunæ oportet dicere Oratorem, illum de quo agitur, ſi hæc bona habuerit, bene illis eſſe uſum, ſi nō habuerit, ſapienter fortiterq; caruiſſe, Si amiſerit, moderate*

tuliſſe. Deinde, quid ſapienter is, quem laudat, quid liberaliter, quid fortiter, quid iuſte, quid magnificæ, quid pie, quid grate, quid humaniter, quid deniq; cum aliqua uirtute aut fecerit aut tulerit. Hæc autem & alia naturæ acrimonia cognoſcere dabit & ars. Plurimum ea propter proderit legiſſe libros, qui Ethicen perdocent. Cuius ferè ſunt generis poetæ, Hiſtorici, Exemplorumq; libri. ceu Ciceronis & Diui Ambroſij de officijs uolumina, & Valerij Max. &. A. Sabellici exemplorum libri. Et demum ex omnibus Ariſtotelis Aethicorum uolumina. Nam in ijs uel ſingulis conſiderandũ eſt, quid ſibi tempora uelint, quid perſonis dignũ ſit, et non quid fiat, ſed quo quodq; animo, qui cum, quo tempore, quãdiu fiat, attẽdendum eſt. Vſu enim euenire poteſt, ut quod in uno ſit laudandum, in altero uituperari poſſit. Veluti paupertas, quæ utiq;, ſi ſua euenit culpa, uituperanda, ſi fortunæ iniquitate, haudquanq; imò, ſi ſic fuerit modeſte ſuſcepta, commendanda eſt. Nunc autem (quod magnopere eſt notandum) cõmunis eratoribuſq; laudandi mos eſt, poſt exordium a genere, educatione, rebus geſtis, In qbus Orator paſſim poterit uti Tropis, Schematis, Cõparationibus, luminibus, et alijs illud genus ad orationẽ ornamentis iuxta rei, loci, pſonæ, tpis q; & naturã et conditionẽ. Quæ paſſim ſtudioſe ex Ciceronis et Quintiliani uirorũ præclariſſimorũ libris collegimus mõ non erit de futurũ opæ, rẽ ipſam exẽplo pide atq; idea declarare illuſtrare q;.

IDEA ET EXEMPLAR COMPENDIOSVM ORATIONIS IN GENERE DELIBERATIVO ET DEMONSTRATIVO SIMVL,

CVM *à teneris (ut fertur) unguiculis hoc apud me uerbũ uerius ſit uero creditũ. Breue eẽ ad docendũ exẽplis iter, præceptis aũt longum, non fuerit arbitror incõueniens*

& indecorum, ſed fide prorſus plenũ, ſi exempli eã hoc ſanè loco finxerimus a MAXIMO *orbis terrarum eodemq́; longe* OPT. PONT. HADRIANO SEXT. *Chriſtianæ Reip. gratia* REVERENDISSIMVM *in Chriſto patrẽ ac.* D. THOMAM CAMPEGIVM *Epiſcopũ Feltrenſem legatũ in* GERMANIAM *miſſum, ut illuſtriſſimos Germaniæ principes, Inclytoſq; eiuſdẽ prouinciæ proceres atq; Regulos Chriſti nõie aduerſus Turcã ipſius, qua eſt, ſingulari ſapiẽtia & admirabili dicendi facundia hortaretur. Quis adeo oĩs eſt orationis, doctrinæq́; expers, qui ignoret illud ipſum Reuerẽdiſſ. Oratorem oratione in genere deliberatiuo ſimulq́; demonſtratiuo functum? in qua ille, ut uoluit, exordio abſtinere potuit, quũ ſit honeſtũ cauſæ genus, & qui ab eodẽ oratione conſiliũ accepturi ſunt, ſponte ſua ſatis dociles, atq; attenti eſſe debent. Id ſanè uideo Hermagoræ uiſum, quod is dicere conſueuerit, nihil attinere, apparere id nobis præfatione, quod ſine illa nihilominus paratũ eſſet. Verum equidẽ eã tantiſper rationẽ aliqd puto momẽti habere, ſi cauſæ honeſtas antea auditoribus ꝓſpecta ſit, q̃ de ea ulla ex parte cœptum ſit agi. Quare in rẽ profectò conducere putauerim, & congruũ quoq;, benignos auditores, benigniores præfatiõe facere, & aduerſarijs offenſos offenſionẽ illã augere, exẽplo quidẽ Ciceronis in pro. M. Marcello oratione. Sapienter igitur quiſpiã Ampliſſ. Epiſcopũ* CAMPEGIVM *egiſſe adſeuerabit, quod ille à principio orationis apud Clariſſimos* GERMANIAE *proceres quoquo modo beneuolentiã captarit, attẽtionẽ parauerit, & ſubinde ꝗ illos uelit facturos, neceſſariũ eſſe oñderit, & paulo poſt dixerit, ꝗ reſellat excuſationẽ, q̃ forte a Germaniæ proceribus poſſet prætendi. Deinceps, ꝗ rectè laudarit Chriſtianã Rẽp. et fidẽ chriſtianã, et una Max. Pont. Had. Sex. iuſtiſſima et fida cõſilia,*

diligentiamq; commendarit, mox deinde quoq; Turcas, iſtorũ ſectas, mores, uitam, inſultus, & omnia ſimul & ſeparatim uituperarit, iſtos omni ſanè pacto in odiũ traxerit, & quãtum iſti boni, beatitudinis, libertatis auferre moliantur, narrarit. Demum quis eundem non prudenter dixiſſe perhibet? quod is pathos pro re & loco hac in parte conuenientes immiſcuerit? et ſine poſtea interuallo belli contra Turcas iuſtitiã, facilitatem, modumq; docuerit, iſticq; obiter Germanorũ laudes recenſuerit? Quis etiam reprehendet? quod idem Orator expoſuerit præmia, bonaq;, quæ GERMANI, ſi aduerſus Turcam Chriſti nomine bellum fortiter intrepide, conſeſtim ſuſceperint, a Deo Opt. Max. hic & in futuro quidem ſeculo ſint haud dubie accepturi. Et ſic iam tandem, obſeruatis ſua tamen ſerie orationis partibus, ad concluſionem perrexerit. Sed de ijs in Rhetore latius, quæ hic articulatim fruſtratimq; uerbi gratia attigiſſe ſuffecerit. Conſequens eſt, ut quaſdam ad finẽ ſubiungamus normas in inuectiuis orationibus, quæ & ipſæ in genere ſunt dicendi demonſtratiuo, & Apologijs obſeruandas, quas ex Ciceronis paſſim orationibus ſummo ſtudio excerpſimus, & adnotauimus.

PRAECEPTA IN PRIMIS IN INVECTIVIS ET APOLOGIIS OBSERVANDA.

MVLTIS nimirum experimentis exploratum habeo, quã pleriq; omnes (quod nollem eos facere, ſed ea, cuius Chriſtus Deus Opt. Max. uos ſemper paterneq; admonuit pace omnes unanimiterq; uiuere noſtra) tempeſtate odio laborent, inuectiuisq;, odioſo ſermonis genere, agant, a ſcopo tamen eius ſcribendi generis plurimum aberrent. Quibus equidem rebus permoti nõ nulla ex doctiſſimo Cicerone, illius ſanè rei artifice multo

optimo,collegimus præcepta,quæ in ea dicendi farragine iu dicaueri oportune ſeruanda,quæ non ideo damus,ut quẽ quã uelimus ad tam pernitioſum orationis genus exequendum pro uocare,ſed ut ex ijs audaciſſimus quiſq; ſcire poſſit quàm ſit arte opus, & oneroſum & periculo plenum, oſtentare uel inuectiuas uel (ſi opus ſit) τὰς ἀπολογίας gloriari. Scripturus proinde inuectiuam habebit hoc præceptum.

PRIMVM, *ut aduerſus aduerſarium eo utatur exordio, quo iuſtam conquerendi cauſam, & coactus habere uideatur, nulloq; moueatur odio. Aliquando, ſi uelit, aduerſarium ſibi futurum eſſeq; cupere amicum, innuet, quem etiam ſimulate laudare poterit.*

SECVNDVM, *Proponat ſe aduerſario nihil unquã mali feciſſe, ſed ſe et innocuũ et innocentẽ ab eo contumelias pati.*

TERTIVM, *Caueat, ne multa iactitet, & ſine ratione ſuperbiat, niſi coactus inuidiæ glorioſius reſpõdeat, uel aliam ob cauſam, qua poſſit aut elationis aut ſuperbiæ excuſari.*

QVARTVM, *Videat, ut poſſit aliquo modo oſtendere aduerſarium non ſe tantum, ſed uel magis ſuperiores, apud quos uel dicit uel conqueritur, læſiſſe.*

QVINTVM, *Recenſeat aliquas uel ueras uel ueriſimiles cauſas ſibi conducibiles, qbus aduerſarius in ſe ſit impulſus: quæ tamen prorſus in aduerſarij odium tendant.*

SEXTVM, *Poſitis in exordio dictis præceptis, reſpõdeat ſubinde prioribus aduerſarij obiectis, referendo ea cum hone ſtate, & aduerſario uituperio, ſine tamen aperto odij ſtimulo & argumentis uel rationibus certis uel ueriſimilibus ſecundũ cauſæ, perſonæ, rei, temporis, auditorũ rationem refutet.*

SEPTIMVM, *poterit, & quidem in qualibet orationis parte, ornate interrogationes facere, tum uidelicet, enumeratis*

illis, quæ uel ſuæ uel aduerſarij cauſæ obeſſent. Siquidē interrogationes ſuperiora confirmant. Et eſt hoc ipſum cōmune ubiq; Schema, tum, cū nō ſciſcitandi, ſed inſtandi, criminādi, & confirmādi gratia adſumuntur. Sunt.n. earū multæ ſpēs.

OCTAVVM, *Sicut orator ex cauſa obiecturus probare debet, quod obijcit, ita ipſum præuidere oportet, qd ſibi obijciatur, & occurrere, ut illud, anteq̄ uel poſtq̄ obijciatur, refellere poſſit. Qui ſanè artificij,* Tropus *nominatur* Prolepſis, *quæ fit, quando id, quod obijci poteſt, præoccupamus.*

NONVM, *Regerat maledicta & uitia in eum, a quo in ſe ſunt iactata, aduerſarium, iſtumq; potius hiſce criminibus q̄ ſe laborare rōnibus ondat.* Qui Tropus *relatio eſt nūcupatus.*

DECIMVM, *Si ſenſerit orator ſe coacte contra aduerſarium conuitia dicere, rogabit ab auditoribus, ut boni conſulant, nec ſibi uitio uertāt, quod immodeſtius forte in aduerſarium inuehatur, qm̄ hoc impulſus faciat, & cum ratione.*

VNDECIMVM, *Videat, ne ſi quid antea ab aduerſario uel in uitam uel conditionem uel mores ſuos dictū ſit, contrarium poſſit oſtendere: imprimis Optimorum, clariſſimorūq; uirorum teſtimonio, à quibus probet ſe uirtutis laudatū atq; probæ uitæ. Nimirum, quod probitatis teſtimonium à laudato uiro, longè maximum ſit.*

DVODECIMVM, *Videat Orator, ut ſibi conſtent, id eſt, non contraria ſint, quæ uel pro ſe uel in aduerſarium ſit dicturus. Quare illi opus erit bona nimirum præmeditatione, utq; rei ſtatum & cauſæ perfecte noſcat, ne uituperaturus laudet, & laudaturus uitupet, Id quod in aliquibus Aratoribus ſæpe eſt animaduerſum.*

TERTIVMDECIMVM, *Orator aduerſarij obiecta, ſi poteſt, argumentis, ſi non,* Exemplis, *Si non, ſignis refellat,*

Sunt autem ſigna, quæ alij præſumptiones appellant: infirmam quidem rei probationem adminiſtrantia, & argumentis plerunq; ueriſimilia.

QVARTVMDECIMVM, omni in parte orationis caueat, ne dicturus ſit aut dicat quod auditoribus odioſum iudicari poſſit, nec eorũ, quæ ſibi, antea ab aduerſario turpiter, et fortaſſis uere, obiecta ſunt, mẽtionẽ faciat: ſed quodã uerborũ inuolucro & generatim et beneuole illis occurrat, leuiterq́; attingendo & ſubtiliter & caute aut defendat aut remoueat. HAEC SVNT QVAE in uniuerſum obſeruanda in huiuſcemodi (ut ſupra diximus) ſcriptionis dicendiq; genere autumauerim. Reliqua dabit diligens oratorum & auditio & lectio. Deniq; natura cuiusq́; ſtudioſiſſimi nonnihil poterit adminiculi adferre. De quibus tamen omnibus poſt Ciceronem, Quintilianum, Hermagoram, Victorinum, Boetium, Areſtotelem, Trapezontium, aliosq́; clariſſimos cum Rhetores tum Oratores, in noſtro libello, cui Rhetori inſcriptio, forte nõ pœnitenda intra paucos dies (dijs bene fortunantibus) daturi ſumus, Hæc interim, nobiliſſime Theoderice, boni conſulas magnopere obſecrauerim.

ΤΕ΄ΛΟΣ.

IESV CHRISTO DEO OPT. MAX.
LAVS DECVS, GLORIA.

IN LAVDE AMPLISSIMI REVERENdiſſimiq; in Chriſto Preſbyteri Cardinalis. D. Laurentij de Campegio Hieronymus Pullaſtrellus à Vitalibus Patauinus legum ſcholaſticus ad Fœderieum Nauſeam excellentiſſ. Iuriſdoctoré præceptorem ſuum longe humaniſſimum.

SIS'NE MAGIS doctus, ſapiens'ne, probus'ne uidemus
NAVSEA grandiloquos ſubdubitare uiros.
In dubio certant, & adhuc ſub iudice lis eſt,
Nanq; tuo tres ſunt corpore cœlicolæ
Doctrina polles, Sophia ſplendes, probitate
Clareſcis. Tandem qua magis, oro, uales?
Semper Idumæas ſuperans ſapientia palmas
Poſſideat primum, NAVSEA docte, locum:
Omnibus in rebus tua ſe ſapientia profert,
Notior & cunctis redditur illa uiris.
Nimirum ſapiens es tu uel quod tua ſueris,
Non, niſi doctiloquis ſcripta dicare uiris,
Quos inter primas, HADRIANE pijſſime PAPA,
Suſcipis, & primum iudice quoq; locum.
Primus te q; gradu ſequitur LAVRENTIVS alto
Illuſtri natus ſtemmate CAMPEGIVS
Quo gaudet magno generoſa BONONIA nato
Et plaudet miris ROMA uetuſta modis.
Hæc quia perfruitur diuo ſine fine parente
Illa quod excelſo ſit pia alumna uiro

Quo ſimul eccleſia exultat Romana patrono
Cardine quod tanto firma perenne manet
Nec minus hunc iactat chriſti plebs tota per orbem,
Quam celebrent magnum Gnoſia regna Iouem
Nec tam ſepoſita eſt, nec gens tam barbara, quæ non
Geſtiat illum ipſum ſæpe uidere uirum.
Hunc quidem ab Orpheo cultor Rhodopeius Hæmo
Ardet, & epoto Sarmata ſitus equo,
Hunc Arabes cupiunt Solomona uidere, Sabæi,
Cymmerij, Cilices, Graiugeni, Aethiopes.
Hunc ueniunt uiſum tota procul orbe Britanni
Diuiſi, Hunc laudat Teutona terra patrem.
Quos nec Roma ſuperba uiros trahit, hos trahit ipſis
CAMPEGIVS ſola dexteritate ſua.
Dotibus hunc ſummis rector decorauit Olympi,
Omne dedit donum fauſtaq; ſtilla bonum,
Nolo per illuſtres proauos, atauosq; uagari,
Quos nequeo paucis dicere carminibus.
Nec mihi opes narrare uacat uirtute paratas,
In quibus eſt Cræſo ditior eximio.
Tanta & huic recti reuerentia, tantaq; iuſti,
Quod ſit Pompilio maior utroq; Numa.
Miratu res digna. Opibus non tradere mores.
Et pariter Creſum uincere, & eſſe Numam.
Par ſimul ingenio generoſæ gratia formæ,
Additur & generi nobilitas animi.
Nam Cato conſilio eſt, Neſtor grauitate, Metellus
Iure, fide Attilius, religione Numa.
In illo eſt probitas, nullius conſcia culpæ.
Qua ſibi mortales alliciat atq; deos.

Adde, quod ingenui ſentit mens plena uigoris
Exprimit emunctis lingua diſerta modis.
Nouit & ille ſimul naturæ arcana potentis,
Hinc te doctrinis Gorgia non minor eſt.
Doctrinæ cœleſtis amor, legumq́; ſacrarum
Illius in nitido pectore rite latet,
Priſca fides illi, pietasq́; inſignis, & omni
Labe carens animus, libera mens uitijs.
Inde deo charus, populo dilectus ab omni,
Hunc magnaq́; colunt cum ratione duces.
Hinc reges, magnosq́; duces hinc flectere, & illinc
Auſpitijs nouit, conſilijsq́; ſuis,
Hæc dudū imperij tu MAXIME MAXMILIANE
Rector ſenſiſti quæq́; ſubeſſe uiro.
Teſtis adeſt REX ANGLORVM, *qui ſenſit et illa.*
Hic quia legatus recte ad utrunq́; fuit.
Quid multis? HADRIANVS *adeſt et* MAXIMVS *ille*
Pontificum maior teſtibus omnigenis,
Cuius hic Arcanæ eſt mederator & arbitrer aulæ
Atq́; uerenda pio cum patre frena tenet.
Hinc tegit illius Venerandum purpura ſacra
Exornatq́; caput non ſine laude ſacrum,
Et nitida inſignis trabea, triplicíq́; Tyara
Conſpicitur magno par uelut ille deo.
Cui modo Neſtoreum tribuant pia numina tempus
Necnon Cumæas fata benigna dies.
Caſibus hic nullis, nullo delebilis æuo
Viuet. Apellæum cum morietur opus.

ΤΈΛΟΣ.

CAPITA EORVM, QVAE TAM IN GORgia, quàm in Selectis ex Rhetore, latius Diſputantur: quibus deinceps errata per Calcographos & incuria & quadam uelocitate comuriſſa, adnexa ſunt.

A LITERA
Accidens Char. 11
Accidens quotifariam? 11
Adaliquid. 15
Actionis modi. 16
Arguméta qbus cõſtent. 18
Antecedentis & conſequentis natura. 22
Argumentum quid. 24
Argumentorum ſpecies. 24
Accidentia comunia. 31
Apophatica. 33
Authoritas. 34
Antiſtrophon. 32
Amphibologia quid. 41
Amphibologiarum ſpẽs. 41
Ambiguum quid. 41
Amphibologia qũo fiat. 41

C
Condictio qd et quottifariã. 7
Contrariæ, contradictoriæ propoſitiones. 20
Contraria. 23
Cathegoricus Syllogiſmus. 24
Comparatio bella. 25
Cõcludere directe, idirecte. 26
Cauſa quid. 30. & 45
Cauſæ quot. 30
Corruptio quid. 31
Coniugata. 32
Caſus. 32
Cauillatio. 36
Controuerſia 46
Cauſarũ ꝑtitio et inuentio. 46
Cauſarũ tria genera. 47
Cauſarũ genera mixta. 47
Confirmatio. 48
Confutatio. 48
Concluſio. 48

D
Dialecticæ qũo ſit ſtudendum & quatenus. 4. & 17
Dialecticæ Oratori, Iuriſperito neceſſaria. 4.
Dialectica quæ doceat. 5
Definitio ſit breuis. 6. & 10
Dialecticæ definitio. 6
Differre quid. 6

Differentia quid 8. & 9
Dæmonia. 9
Definitio quibus conſtet. 10
Definitionis ſpecies. 10
Deſcriptio. 10
Diuiſio qd, & quot eius ſpecies 11. & 12
Docendi ratio 23
Dubia res. 24. & 28
Dubitare eſt ſapientis 29
Diſputantium ratio 28
Diuiſio quid. 32
Diuiſio quotifariam 32
Dolo an utendum ſit. 37
Diſtinctio ualet i diſputãdo. 43
Diſpoſitio. 47
Diuiſio. 48

E

Eadem ſunt. 6
Equus. 11
Elementa. 12
Aequipollentia 21
Enthymema 24. & 26
Exemplum 24. & 27
Elocutio. 48
Exordium. 48
Exordij partes. 48

F

Figura. 25
Figuræ quot. 25
Figurarum ſyllogiſmi nomina. 26
Finis ſuus cuiq; rei. 36
Finis pars maxima. 36

G

Genus quid. 6. & 7
Generis diuiſio. 7
Gentiles. 10
Generatio quid. 31

H

Hæreditas quid. 10
Habitus 17
Hypotetica propoſitio. 21. 22
Hypoteticæ propõnis ſpẽs. 22
Hypoteticus Syllogiſmus. 24

I

Iſagogæ Nauſeæ. 19
Inductio 24. & 26
Ius ciuile quid. 28
Iuriſciuilis ſcia utilis. 28
Iuſtus filius. 35
Inuentio. 47

L

Locus quid. 28
Loci quo? & qui. 28
Loci triplices 28
Locus à definitione 29
Loci ſubſtantiales. 28
Loci medij. 28
Loci à quatuor cauſis. 30. 31

Loci, qui extrinſecus ſumuntur. 32
Legendi ratio. 37

M

Minor propoſitio 24
Maior propoſitio 24
Maior extremitas & minor. 24
Modi in ſyllogiſmo 25
Medium Syllogiſmi. 25
Maxima quid. 28
Maius quid. 33
Mala ſunt ſcienda. 37
Mediocre quid. 40
Memoria. 48

N

Numerus. 14
Nomen. 18
Nomina quot. 18
Nomina infinita. 18
Negantia. 33
Negatiuum. 46
Narratio. 28

O

Oratio. 14. & 19
Orationes quot. 19
Negatio. 21
Oppoſita. 23. & 33
Ordo eſt ſeruando. 25
Optima in fine. 36
Orator quæ ſciat? 47
Orationis partes. 48

P

Proprium. 10
Prædicamenta quæ, & quot. 12. & 13
Paſſio qd, & quottuplex. 16
Prædicatum. 19
Propoſitio quid. 19
Propoſitionum diuiſio. 20
Paritas. 33
Proportio. 34
Pronuntiatio. 48

Q

Quale. 9
Quid. 9
Quantitas quid & quottuplex. 14
Qualitas quid & quottuplex 15
Quando. 16
Quantitas propoſitionum. 20
Quæſtio qd. 24. et. 28. et. 46
Qualitas cauſarum. 46

R

Res: 13
Relatio. 15
Relatiua. 15
Repugnantia. 23
Regula dialecticorum. 38

Reciproca argumenta. 39

S

Similia quæ. 6

Spẽs qd, & quottifariã. 7. 48

Subſtantia quid, & quottu plex. 14

Subſtãtia prima et ſecũda. 14

Syllabæ. 14

Situs. 17

Subiectum quid. 19

Signa uniuerſalia. & par ticularia. 20

Subalternæ & ſubcontra riæ propoſitiones. 21

Syllogiſmus quid. 24

Significare uer um & fal ſum quid. 20

Similitudo. 33

Septimo menſe natus. 35

Sophiſma quid. 36

Status. 46

T

Terminus qd. 6. et. 8. et. 18

Terminus uniuerſalis, ſingu laris, indiuiduus. 6

Termini tres ĩ Syllogiſmo. 25

Totum quottuplex. 30

Totum quid 30

Tranſſumptio. 34

Tralatio. 34

V

Vniuerſale quid. 6

Voces primæ. 13

Vbi prædicamentum. 17

Voces quot. 18

Verbum quid. 18

Vſus quid. 31

Virtus. 35

Virtutis opinio. 35

Virtus in quibus eſt. 35

ΤΕ΄ΛΟΣ.

Regeſtum.

a b c d e f g h. Omnes ſunt quaterni præter h: qui eſt quinternus.

Excuſum eſt egregium hoc Opuſculum Venetijs per Laurentium Lorium Quintodeci mo Calendas Octobres. Anno. Salutis. M. D. XXIII.

AD LECTOREM.

Candide lector, qui legere uelis opuſculum hoc, ne legas admonuerim, ni errata Calcographorũ, quæ obiter ſubijecimus, emendes aut prius animaduertes, & cum ipſis opuſculum corrigas: Quo acto, quantum tibi eſt animus lege. Verum ſi alia uideris, arbitrio tuo docto elimes orauerim. Noſti quidem nec Argum omnia uidere potuiſſe, nec Lynceum ipſa. Interim Vale fœlix.

IN PRAEFATIONE.

Excuſum eſt. Euahit, lege, euehit Item, Ergaſtulo, lege, ergaſculo. Item. ne ne. lege. ne ue. Item, Profeſſionibus. l. profeſſoribus. Effero. l. offero. Tum. l. tã. Numeris. l. muneris. loquitur. l. loquntur.

IN GORGIA, IN CHART. 4.

Impreſſum eſt. Eloquentiæ. l. loquentiæ. ea. contedunt. l. contendunt. cha. 9. plene. l. planè. char. 11. Aptitudinem. l. Aptitudine. char. 12. citram. l. citra. char. 13. mihi. l. imbi. char. 15 Altero. l. alterũ. ch. 16. Quoniam. l. Quando. ea. Adiacentiã. l. Adiacẽtia. ch. 14. Ad poſitionẽ. l. poſitionẽ. ch. 9. Ad. l. Id. ch. 24. Tio. lege. Oratio. char. 25. Maceriem. l. materiem. ea. ſit. l. Sic. char. 26. A paragoge. l. & paragoge. char. 27. liber. l. libet. ch. 30. locum. l. totum. ch. 31. Trãſeuntem. l. trãſeũte. ch. 33. diſtincta. l. diſiuncta. ch. 35. Videntur. l. uident. Ea. riminari. l. rimari. char. 25. ueſtra. l. noſtra. char. 37. artus. l. arcus. ea. ch. iure. ſ. in re. char. 38. adſſectatœr. l. adſectator. char. eadem. debilis. l. debebis. char. 41. gradũ. l. gradu. char. 43. horum. l. harum. char. 45. miſſumus. l. miſſurus. eadem. char. Illud. l. illum. char. 48. Non eſt lege re. ſuperfluit non, quare ſubducas.


L. Lc.